


22072

ZETTLINGER
KUNST & LITH.
MÜNCHEN

experiments
of the
new
method
of
writing



MEDULLA
PRECUM,
sive
ORATIONES

Ex variis Authoribus
probatis & approbatis

per

ANDREAM BURGLEWICZ
in Alma Universitate Cracoviensi
Laureatum, Notarium Apostoli-
cum, Curatū Lubosense & Exorcistam
cum additamento

de signis cognoscēdi dœmonia-
cos & maleficiatos, ac de reme-
liis cōtra dæmonia & maleficia

COLLECTÆ,

Superiorum Permissu

IMPRESSÆ A. D. 1744.

POZNANIE,

Typis ACADEMICIS.

Ante Orationem præpara ani-
mam tuā, & noli esse quasi homo,
qui tentat DEUM. *Eecl: 18.*

Pro **O**ratio oranti est subsidium
DEO sacrificium, dæmonibus
Gratum est flagellum. *S. August:*

In **S**i primò non exaudiris, ab Ora-
tione non deficias, imò precibus
& clamori insistas. Vult DEUS
rogari, vult cogi, vult quadam
importunitate vinci. *S. Greg:*

Solent Angeli adstare 'ora-
tibus & delectari' in his quos vi-
dent levare puras manus in Ora-
tione: holocaustu S. devotionis
gaudent se offerre DEO in odo-
rem suavitatis. *S. Bernardus.*

ILLUSTRI
Et Admodum Reverendo Dño,
D. JOANNI
BOGUSLAWSKI
Præposito Wroniecēsi, Luovecēsi
DECANO
Totiꝝ; Clero Decanatūs
Luoveccensis,
Coni. Sandomiriensis
Pj. Reformatorum
ad. Joseph.
PRo Iliade Homeri exile opu-
sculum, Medullam precum
devotarum continens Vobis offre-
ro, gratius longè futurum autu-
mans, quam si heroica facta A-
chillis, ex ordine recitāssem.
Novi enim Vos inter vigiles Pa-

storales cūras id unicum praecipue intendere, & in eo versari,
ut omnia ad JESU Christi Veri
DEI & HOMINIS, Magnæq; II-
lius Genitricis semel MATRIS
semper Virginis MARIAE,
ac Sanctorum Cœli Indigetum
gloriam & honorem ordinentur,
vel ordinari possint. Cui cen-
tum ora totidemq; linguas natu-
ra providit, narret Vestrarum
erga Superos pietatem, erga pro-
ximum charitatem, erga pre-
commissum sibi gregem Pasiora-
lem sollicitudinem; his tamen o-
mnibus enarratis, adhuc restat
bit dicendum: *Vos esse Cleri &*
vita Speculum exemplaris. Pa-
tet id in JOANNE Decano &

Duce

Duce Dignissimo, qui ad omne
bonum compositus, virtutibus
& meritis Magnus, ad contem-
planda Cœlestia, & videndum
Fontem Luminis omnibus Vobis
vitæ integritate præit; pro ho-
nore DEI zelosus, pro bono Ec-
clesiarum sollicitus, in cura ani-
marum indefessus, in cursu bo-
norum operum infatigatus. In
Sacris Exedris JOANNES Vox
Clamantis est, timorem Domi-
ni persuadens feliciter, dilectionem
DEI & proximi incul-
cans viriliter, ad amplectendū
viam mandatorum commovens
efficaciter, ad rerum Cœlesti-
um curam concitans amabiliter,
in circumfitas hæreses animad-

vertens & tonans acriter, ve-
rè JOANNES à vinculis di-
cendus, ut potè qui singulos ore,
opere, & exemplò catenat.
Tanti in virtutibus & cursu bo-
norum operum Ducis, dum Vos
Comites omnes vencor, gratissi-
mi animi mei testimonium, in
collatione Precum devoutarum
quæ non dedignemini, quæ qui-
dem ex purpuris innocentum Ro-
sarum, ex lacteis sanctarum
Virginum liliis, ex triumphali-
bus Mariyrum palmis, ex fra-
grantibus Confessorum violis, &
ex pretiosis Doctorum Aureolis
cliquatæ, gratum odorem à Vo-
bis habebunt, dum manib[us] ve-
stris terentur impensis. Redo-
lebunt-

Iebunt thure Sabæo suavius, aro-
mate Panchæo jucundius, Assy-
rio odore gratius, victimis Na-
batheis blandius, quas corda
Vestrum devotioribus succen-
dent flammis. Maneat ergo
sub prælo cordium Vestrorum
hæc Medulla devotarum Pre-
cum, quævis optima de ro-
re Cæli ē^r de pinguedine ter-
ræ Vobis adferens. Ita precatur

Nomini Vestrūm

Addictissimus

A. B. in A. U. C. L. N. A. C. L, & E.

ORATIO
*Cuivis pietatis exercitio utiliter
præmittenda.*

Aperi Domine os meum ad benedicendum Nomen Sæctum tuum: munda quoq; cor meum ab omnibus vanis , perversis , & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflama ; ut dignè , attentè, ac devotè hoc pietatis exercitiū persolvere tibi valeā, & exaudiri merear ante conspectū Divinæ Majestatis tuæ. Per Christum Dominū nostrū.

Domine , in unione illius Divinæ intentionis , quâ ipse in terris Laudes Deo persolvi sti, hoc pietatis exercitium tibi persolvo.

P R E C E S
M A T U T I N Æ.

Benedic mihi hodie & quotidie Sancta & individua Trinitas. Benedic mihi in effabilis potentia Patris. Benedicte mihi manus, cor dulcissimum cum Filio Virginis Matris. Benedicat virtus Spiritus Sancti. Anima Virginis Mariæ lucidissima illumina me. Corpus Virginis immaculatissimum custodi me. Lac Virginis nitidissimum Mariæ pasce me. Fletus Virginis Mariæ in passione Christi effusus confirmā me. O Dulcissima Parens! Fons divi-

næ pietatis, & gratiæ intercede
pro me. O Virgo Mater mis-
ericordiæ! impetra mihi ut à Fi-
lio tuo prævisam hodie imple-
re possim mensuram meritorū
meorum, ut casto ac humili-
corde & corpore Filio tuo, &
tibi in omnibus actionibus me-
is servire & placere valcam...

O Maria peccatorū Advocata
& refugiū! obsecro te per Jēsū.
O Jēsū! obtestor te per Mariā,
miserere & ignosce. Adgenicu-
lor vobis, & à tribuāli justitiae
ad tribunal misericordiæ a-
pello. Malo morti millies quam
peccare amplius. Sic me Jēsus,
sic Maria adjuvet.

San-

Sancte Michæl Archangelie
tuere nos in prælio, ne pcrea-
mus in tremendo judicio. S. Ga-
briel, S. Raphæl, omnes San-
cti Angeli & Archangeli Dei
succurrite mihi peccatori.

Rogo vos cunctas virtutes
Coelorum, ut nullus inimicus
mihi nocere possit, nec in via,
nec in aqua, nec in igne, nec in
domo, nec dormiendo, nec vi-
gilando, nec aliquid aliud faci-
endo.

O! Crux Christi adjuva me. †

O! Crux Christi salva me. †

O! Crux Christi libera me. †

O! pretiose Sangvis Christi
ne permittas damnari & perire

A 2 me

me, o purpurea vulnera Christi!
abscondite me. O! Sancti Dei
omnes orate pro me indignis-
simio peccatore.

ORATIO.

*Quam ante Missam dicenti con-
cessit 50. Annorū Indulgen-
tiā Gregorius XIII.*

Ego volo celebrare Missam
& confidere Corpus & San-
gvinem Domini Nostri IESU
Christi, juxta ritū Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ, ad laudē Omni-
potentis DEI totiusq; Curiæ
triumphatis, ad utilitatē quo-
que meam, totiusq; Curiæ mi-
litantis, pro omnibus qui se
commendaverunt orationibus
meis,

meis, in genere & in specie &
pro felici statu Sanctæ Romanae
Ecclesiæ.

Gaudium cum pace, emen-
dationem vitæ, spatiū veræ
pænitentiæ, gratiam & conso-
lationem Sancti spiritus, per-
severantiam in bonis operibus
tribuat nobis Omnipotens &
misericors Dominus Amen.

Domine Deus omniū Crea-
tor terribilis, & fortis, justus
& misericors, qui solus es bo-
nus Rex, solus præstans, solus
justus, & omnipotens, & æter-
nus, qui liberas Isræél ab omni
malo, qui fecisti Patres electos,
& sanctificasti eos: accipe sa-

crifcium pro universo populo
tuo, & cuſtodi partem tuam &
ſanctifica, ut ſeiant ḡetes quia
tu es Deus noster.

O R A T I O

S. Augustini.

*Sumpta ex magna tabula Late-
ranensis Ecclesiæ, qua quoties quis
contrit⁹ devotè dixerit: o Elcgin-
ta milia annorum Indulgentias
consequetur Et qui quadraginta
diebus eam dixerit, plenariam
peccatorum remiſſionem obtine-
bit; quam Bonifacius VIII. con-
ceſſit, Et Benedictus XI,
confirmavit.*

Deus qui pro redēmptione
Mundi voluisti naſci, cir-
cum-

cumcidi, à Judæis reprobari,
à Juda proditore osculō tradi,
vinculis alligari, sicut agnus
innocens ad victimā duci, atq;
conspetibus Annæ, Caiphæ,
Pilati, & Herodis, indecenter
offerri, à falsis testib⁹ accusari,
flagellis & opprobriis vexari,
sputis conspui, spinis coronari,
colaphis cœdi, arundine percu-
ti, facie velari, vestibūs exui,
Cruci clavīs affigi, in Cruce
levari, inter latrones deputari,
felle & acetō potari, & lanceâ
vulnerari. Tu Domine per has
sanctissimas pœnas tuas, quas
ego indignus recolo, & per
sanctam Crucem & mortē tu-

am, libera me à pænis inferni,
& perducere digneris, quò per-
duxisti latronem tecum cruci-
fixum. Qui cum Patre & Spi-
ritu Sancto vivis & regnas De-
us in saecula saeculorum Amen.

QUINQUE PSALMI *In Honorem Nominis J E S U.*

Jubilate Deo omnis terra*
servite Domino in lætitia.
Introite in cōspectu ejus* in e-
xultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse
est Deus* ipse fecit nos &
non ipsi nos.

Populus ejus & oves pascuæ e-
jus

jus* introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen ejus quoniam suavis est Dominus: in æternū misericordia ejus* & usq; in generationē & generationē veritas ejus.

Gloria Patri &c.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis* protegat te Nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxiliū de Sancto* & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui * holocaustū pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuū* & omne Consilium tuū confirmet. As Læ-

Lætabimur in salutari tuo* &
in nomine DEI nostri ma-
gnificabimur.

Impleat Dominus omnes peti-
tiones tuas* nunc cognovi
quoniā salvum fecit Dom-
nus Christum suum..

Exaudiet illū de Cœlo Sancto
suo* in potentatibus salus
dexteræ ejus.

Hi in curribus & hi in equis*
nos autem in nomine Domi-
ni nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt & cecide-
runt* nos autē surreximus,
& erecti sumus.

Domine salvum fac Regem*&
exaudi nos in die quā invo-

ca-

caverimus te.

Gloria Patri &c.

SÆpe expugnaverunt me à juventute mea* dicat nunc Isràel.

Sæpe expugnaverunt me à juventute mea* etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores* prolongaverunt iniquitatem suam.

Dominus justus cōcidit cervices peccatorū cōfundantur & convertātur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fænum tectorū* quod priusquam evellatur, exaruit.

De quo non implevit manū
suā qui metit* & sinū suū qui
manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præte-
ribāt benedictio Domini super
vos* benediximus vobis in no-
mine Domini.

Gloria Patri &c.

Usquequò Domine obli-
sceris me in finem* usque-
quò auertis facem tuā à me?

Quamdiu ponam consilia in
anima mea* dolorem in corde
meo per diem. ?

Usquequò exaltabitur ini-
mīcus meus super me* respice
& exaudi me Domine Deus
meus.

Illū

Illumina oculos meos ne
unquam obdorniam in mor-
te* ne quando dicat inimicus
meus: præualui adversus eum.

Qui tribulant me exulta-
bunt si, motus fuero* ego au-
tē in misericordia tua speravi.

Exultabit cor meū in salu-
tari tuo, cantabo Domino, qui
bona tribuit mihi*& psallā no-
mini Domini altissimi.

Gloria Patri &c.

Salvum me fac Domine quo-
niā defecit Sanctus* quoniā
diminutæ sunt veritates à fi-
liis hominum.

Vana locuti sunt unus quisq;
ad proximum suū* labia dolosa
in

in corde, & corde locuti sunt.

Disperdat Dominus universa labia dolosa* & linguā magniloquam..

Qui dixerunt linguā nostrā magnificabimus labia nostra à nobis sunt* quis noster Dominus est?

Propter miseriā inopum, & gemitū pauperū* nunc exurgam dicit Dominus.

Ponam in salutari* fiducialiter agam cum eo.

Eloquia Domini, eloquia casta* argentū igne exāinatū, probatum terræ purgatum septuplum.

Tu Domine servabis nos &
cu-

custodies nos * à generatione
hac in æternum..

In circuitu impii ambulat*
secundū altitudinē tuā multiplasti filios hominum..

Gloria Patri &c.

ORATIONES
&
LITANIÆ
AD
J E S U M.

De Vita & Passione ejusdem ex
Sacris scripturis de promptæ
In Nomine Patris, & Filii, &
Spiritus Sancti, Amen.

ANTIPHONA.

Humiliavit semetipsū Do-
minus noster J E S U S

CHRISTUS, factus obediens
usq; ad mortē, mortē autē Cru-
cis, propter quod & Deus exal-
tavit Illum, & dedit Illi nomē
quod est super omne nomē: ut
in Nōmine Jēsu omne genu fle-
ctatur, Cœlestiū, Terrestriū,
& infernorū, & omnīs lingua
confiteatur, quia Dominus JESU
CHRISTUS in gloria est
DEI Patris.

Kyrie eleyson, Christe
eleyson, Kyrie eleyson.
JESU Verbum Patris. Misere-
rere nobis.

JESU Splendor Paternæ glo-
riæ. Miserere nobis.

JESU Figura substantiæ Pa-
tris. Miserere nobis.

JESU Sapientia æterna...

Miserere nobis.

JESU Candor lucis æternæ.

Miserere nobis.

JESU Speculū sine macula.

JESU per quem facta sunt
omnia.

JESU verbō virtutis tuae
omnia portans.

JESU magni Cōsilii Angele,
JESU Princeps pacis.

JESU S.S. Patrib⁹ promisse
JESU cunctis gentibus de-
siderate.

JESU in Mundū à Patre
misse.

JESU de Spiritu S. cōcepte

JESU VERBUM CARO
FACTUM. JE-

Miserere nobis.

Miserere nobis.

JESU nobiscum DEUS.

JESU in formā servi facte.

JESU de MARIA Virgine
nate.

JESU à tua Genitrice ado-
rate.

JESU pannis involute.

JESU in præsepio recclnate

JESU ubere Virginis la-
etate.

JESU à Pastoribus in præ-
sepio recognize.

JESU per Circumcisionē
sub lege facte.

JESU à Magis adorate,

JESU in Templo præsētate

JESU in ulnis Simeonis ex-
cepte.

JE-

Miserere nobis

Miserere nobis

JESU in Ægyptū delate.

JESU ab Herode in mortē
quaesite.

JESU in Nazareth nutrite.

JESU in Templo invente.

JESU Parentibus subdite.

JESU à Joanne Baptizate.

JESU in deserto tentate.

JESU cum hominibus con-
versate.

JESU pauperibus Discipulis
sociate.

JESU Lux Mundi.

JESU Doctor justitiae.

JESU Via Veritas & Vita.

JESU exemplar Virtutum
omnium.

JESU omnib⁹ lāgventib⁹ JE-

Misere nobis.

Misere nobis.

misericorditer opitulate.
JESU à tuis furiosus repu-
tate.

JESU gratis odiô habite.

JESU contumeliis vexate.

JESU lapidibûs impetite.

JESU in monte corâ Patri-
bus transfigurate.

JESU Rex mitis Jerusalem
ingresse.

JESU præ compassione la-
crymate.

JESU triginta argêteis ap-
pretiate.

JESU ad Discipulorū pedes
incline.

JESU Panis vive nos cōfir-
mans.

JE-

Misericordia nobis.

Misericordia nobis.

JESU Potus vere nos læti-
ficans.

JESU in oratione prostrate.

JESU in agonia sanguineo
sudore perfuse.

JESU ab Angelo cōfortate.

JESU osculô à Juda tradite

JESU à Ministris ligate.

JESU à Discipulis derelicte

JESU Añæ & Caiphæ præ-
sentate.

JESU alapâ à ministro per-
cussæ.

JESU falsis testib⁹ accusate

JESU reus mortis judicate.

JESU in faciem conspute.

JESU oculis velate.

JESU colaphis caſe.

Miferere nobis.

Miferere nobis.

IE.

JESU cuius corpus percutientib⁹ & genæ vellenti-
bus datæ.

JESU à Petro ter negate.

JESU vinct⁹ Pilato tradite

JESU a Herode & ejus exer-
ci: tu sprete & illuse.

JESU veste alba indute.

JESU Barrabæ posposite.

JESU flagellis cæse.

JESU propter scelera nostra
attrite.

JESU quasi leprosus repu-
tate.

JESU veste pupurea indute

JESU spinis coronate.

JESU arundine percusse.

JESU à Judæis ad Crucem
postulate.

JE-

Misere nobis.

Misere nobis.

JESU morte turpissima cōdemnate.

JESU voluntati Judæorum tradite.

JESU Crucis pondere gravate.

JESU tanquā ovis ad occisionem ducte.

JESU vestibūs exute.

JESU in Crucem confixe.

JESU propter iniquitates nostras vulnerate.

JESU pro inimicis Patrem deprecans.

JESU cū iniquis reputate.

JESU opprobrium hominū facte.

JESU à prætereuntib⁹ blasphemate.

JE-

Miserere nobis.

Miserere nobis.

JESU à Judæis derise.

JESU à militib⁹ in Cruce.
eluse.

JESU à latrone injuriis la-
cessite.

JESU opprobriis saturate.

JESU qui latroni pænitenti
paradisū pollicitus es,
JESU qui Joannē Matri in
Eliū tradidisti.

JESU te à Patre derelictū
attestare.

JESU felle & acetō in siti
potare.

JESU consumata omnia de
te scripta testate.

JESU cuius spiritus in ma-
nus Patris comendatus.

JE-

Miserere nobis.

Miserere nobis.

JESU à Patre perpetuâ re-
verētiâ semper exaudite.

JESU usq; ad mortē Crucis
obediens facte.

JESU lanceâ transfixe.

JESU de cuius latere exivit
sanguis & aqua.

JESU cuius livore sanati
sumus.

JESU propitiatio nobis facte.

JESU de Cruce deposito.

JESU in syndone munda in-
volute.

JESU in monumento novo
tumulate.

JESU vincitos tuos de lacu
inferi educens

JESU ab inferis Victor re-
verse

B

JE

Misericordia nobis.

Misericordia nobis.

JESU post Resurrectionem.

cum discipulis conversate.

JESU in Coelum elevate.

JESU in Patris dextera col-
locate.

JESU gloriâ & honore co-
ronate.

JESU Rex Regum & Do-
mine Dominantium.

JESU noster apud Patrem
advocate.

JESU Spiritu S. Discipulis
elargiens.

JESU Matrem tuam super
Choros Angelorum exaltas.

JESU vivos & mortuos ju-
dicature.

JESU reprobos in ignem
æternum missus. JE-

JESU paratum electis Re-
gnum collature.

JESU ubertate Domus tuæ
Sanctos tuos inebrians.

JESU Pater futuri sæculi.

JESU Jubile Angelorum.

JESU Rex Patriarcharum.

JESU Inspirator Prophe-
tarum.

JESU Magister Apostolorū.

JESU Doctor Evangelista-
rum.

JESU Fortitudo Martyrum

JESU Lumen Confessorum

JESU Sponsæ & puritas Vir-
ginum.

JESU Corona Sanctorum
omnium.

Misere nobis.

Misere nobis.

Agnus DEI qui tollis peccata
mundi, Miserere nobis.

Pater noster &c.

¶ Et ne nos inducas in tem-
tationem,

¶ Sed libera nos a malo.

O R A T I O.

REspice quæsumus Domine
super hanc Familiā tuam,
pro qua Dominus Noster JE-
SUS Christus non dubitavit
manibus tradi nocentiū & Cru-
cis subire tormentum. Qui
tecum vivit &c.

*Meditationes piæ de Passione
CHRISTI.*

O Domine JESU Christe ! ad-
doro te in Cruce pendente

co-

coronā spinicā in capite portantē, deprecor te: ut me tua Crux liberet ab Angelo percutiente,
Amen.

Pater noster, Ave Maria &c.

O Domine J E su Christe! adoro te in cruce vulneratum, felle & acetō potatū, deprecor te ut vulnera tua sint remediū animæ meæ. Amen.


Pater noster, Ave Maria &c.

O Domine J E su Christe! propter illam amaritudinem, quam pro me miserrimo sustinuisti in Cruce, maximè in illa hora, quādo nobilissima Anima tua egressa est de benedicto corpore tuo, deprecor te: miserere


animæ meæ in egressu suo
perduc eam in vitâ æternâ, A

Pater noster, Ave Maria 

O Domine Jesu Christe! ador
o te in sepulchro positum
myrrhâ & aromatibûs condi
tû, deprecor te: ut tua mors si
vita mea, Amen.

Pater noster, Ave Maria 

O Domine JEsuChriste! ador
o te descendente a l infero
& liberantे captivos, deprec
te: ne permittas me illuc iss
troire, Amen.

Pater noster, Ave Maria 

O Domine JEsuChriste! ador
o te resurgentē à mortuis
ascendentē ad Cœlos, sedentē
ad

ad dexterā Patris, deprecor te:
ut illuc te sequi & tibi præsen-
tari merear, Amen.

Pater noster, Ave Maria Etc.

O Domine Jesu Christe! Pa-
stor bone justos conserva,
peccatores justifica, omnibus
fidelibus miserere & propitius
esto mihi peccatori, Amen.

Pater noster, Ave M. Credo Etc.

OFFICIUM S. CRUCIS AD MATUTINUM.

¶ Per signum Crucis de ini-
micis nostris.

R^e Libera nos Deus noster.

Domine labia mea aperies

Et os meū annuntiabit laudem tuam,

DEus in adjutoriū meū intēde

Dñe ad adjuvandū me festina

Gloria Patri &c.

*Non dicitur Alleluia neq; Laus
tibi Domine.*

H Y M N U S.

PAtoris Sapientia, Veritas
Divina,

DEUS Homo captus est horā
matutinā.

A notis discipulis citò dereli-
ctus,

A judæis traditus, venditus,
afflictus.

ANTIPHONA.

O Crux venerabilis! quæ sa-
lu-

ludem attulisti misericordiis, quibus te efferā præconiis? quoniā
vitā nobis Cœlité præparasti.

¶ *Adoramus te Christe & benedicimus tibi.*

R: *Quia per sanctā Crucē tuā
redemisti Mundum.*

ORATIO.

Domine IESU Christe Fili
DEI vivi, pone Passionem
Crucē & mortem tuam, inter
iudicium tuum & animā me-
am, nunc & in hora mortis
meæ, & mihi largiri digneris
gratiam, & misericordiam vi-
vis & defunctis requiem &
veniā, Ecclesiæ tuæ pacem
& concordiam, & nobis pec-

catoribus vitam & gloriam
senipiternam. Qui vivis &c,

AD PRIMAM.

*¶ Per signū Crucis de inimicis
nostris.*

*R_e Libera nos DEUS noster.
DEUS in adjutoriū meum in-
tende &c.*

Gloria Patri &c.

H Y M N U S.

HOrā primā Dominū du-
cunt ad Pilatum,
Et à falsis testibus multū ac-
cusa um.

Colaphīs percutiunt, manibus
ligatum,
Vultum DEI conspuunt, Lu-
men cœli gratum.

AN-

ANTIPHONA.

O Crucis victoria! & admirabile signū in Cœlesti curia, fac nos captare triumphum..

¶ Adoramus te Ec.

ORATIO.

Domine JESU. ut supra &c.

AD TERTIAM.

¶ Per signum Crucis Ec.

DEUS in adjutoriū meum intende &c.

Gloria Patri &c.

H Y M N U S.

Crucifige clamitāt, horâ tertiarum,

Illusus induitur veste purpurarum,

Caput ejus pungitur coronâ spinarum Cru-

Crucem portat humeris ad locum poenarum.

ANTIPHONA.

Funestæ mortis damnatur supplicium, dum Christus in Cruce nostra destruxit vincula criminum.

¶ *Adoramus te &c.*

ORATIO.

Domine JESU ut supra. &c.

AD SEXTAM.

¶ *Per signum Crucis &c.*

DEUS in adjutoriū meum intende &c.

Gloria Patri &c.

HYMNUS.

HOrâ sextâ JESUS est Crucis conclavatus.

Et

Et est cum latronibus pendens
deputatus.

Præ tormentis sitiens, felle sa-
turatus,

Agnus crimen diluens sic ludi-
ficatus.

ANTIPHONA.

Per lignū servi facti sumus, &
per sanctam Crucem liberati
sumus, fructus arboris seduxit
nos, Filius DEI redemit nos.

* *Adoramus te, &c.*

ORATIO.

Domine JESU ut supra &c.

AD NONAM.

* *Per signum Crucis, &c.*
DEUS in adjutoriū meum in-
tende &c. *Gloria Patri &c.*

HY-

H Y M N U S.

HOrâ nonâ Dominus JE-
SUS exspiravit.

Heli clamans Spiritum Patri
commendavit.

Latus ejus lanceâ miles perfo-
ravit.

Terra tunc contremuit, & Sol
obscuravit.

ANTIPHONA.

O magnū pietatis opus! mors
mortua tunc est, in ligno quan-
do mortua Vita fuit.

¶ *Adoramus te Eccl.*

ORATIO.

Domine JESU ut supra &c.

AD VESPERAS.

¶ *Per signum Crucis Eccl.*

DE-

DEUS in adjutoriu meum in-
tende &c.

Gloria Patri &c.

H Y M N U S.

DE Cruce deponitur horâ
vespertinâ,

Fortitudo latuit in mente Di-
vina,

Talē mortem subiit vitæ me-
dicina,

Heu! corona gloriæ jacuit su-
pina.

ANTIPHONA.

O Crux benedicta! quæ sola
fuisti digna portare ta-
lentū Mundi: dulce lignū, dul-
ces clavos, dulcia ferens pon-
dera: super omnia ligna Ce-
dro-

drorū tu sōla excelsior, in qua
Mundi salus pependit, in qua
Christus triumphavit, & mors
mortē superavit in æternum.

¶ *Adoramus te Eccl.*

ORATIO.

Domine JESU ut supra &c.

AD COMPLETORIUM.

¶ *Per signum Crucis Eccl.*

Converte nos DEUS salutaris
noster. Et avertere iram tuam
à nobis.

DEUS in adjutoriū meum in-
tende &c.

Gloria Patri &c.

H Y M N U S.

HOrā completorii datus
sepulturæ,

Cor-

Corpus Christi nobile, spes vi-
tæ futuræ.

Cōditur aromate: complen-
tur scripturæ.

Jugi sit memoriæ mors hæc
mihi curæ.

ANTIPHONA.

SAlvatorMundi salva nos qui
perCrucē & Sanguinē tuum
redemisti nos, auxiliare Nobis,
te deprecamur DEUS noster.

X Adoramus te &c.

ORATIO.

Domine JESU ut supra &c.

COMMENDATIO.

HAs horas Canonicas cū de-
votione,

Tibi Christe recolo pia ratio-
ne.

Ut

Ut qui pro me passus es amo-
ris ardore,
Sis mihi solatiū mortis in ago-
ne. Amen.

H O S T I A PRO PECCATO.

*Seu Oratio quā DEO Pater
Christus in Cruce pendens offer-
tur.*

O Amantissime Pater! pro e-
mēdatiōe m̄iū peccatorū
meorū offero tibi omnē Passi-
onē tui dilectissimi Filii, quā
ab illa hora, quā in præsepio
super fænum reclinatus vagi-
dedit, & deinceps pertulit per
infantiles necessitates, pueriles
defectus, adolescentiles adver-
sita-

sitates & juveniles passiones
usq; ad horā illā; qua inclinato
capite in Cruce clamore vali-
do spiritū emisit. Et in sup-
plicationem omniū negligentia-
rū offero tibi, Pater Amantissi-
me! omnem cōversationē Filii
tui Sanctissimam, quæ in omni-
bus cogitationibus verbis &
factis perfectissima fuit ab ho-
ra, qua missus ab arce throni
per uterum Virginis introivit
in Regionē nostrā, usq; post illā
horam, quā tuis paternis vulti-
bus præfētavit victricis carnis
gloriam, Amen..



ORA-

ORATIO

AD

CHRISTUM PASSUM.

*Hæc Oratio B. Gertrudi val-
de familiaris fuit, per quam E
promerita est quod in corde ejus
quasi corporalib⁹ locis impressa
fuerint stigmata SS. Vulnerū
Christi.*

Domine JESU Christe Fili
DEI vivi da mihi toto
corde, plenō desideriō, sicutienti
animā ad te aspirare, & in te
dulcissimo ac suavissimo respi-
rare, ac totū Spiritū meum &
omnia interiora mea ad te, qui
es vera beatitudo anhelare.
Scribe Misericordissime Dñe
vul-

vulnera tua in corde meo pre-
tioso sanguine tuo, ut in eis le-
gam dolorem pariter & amorē
tuū, & vulnerū tuorū memo-
ria jugiter in secreto cordis
mei permaneat, & dolor com-
passionis tuæ in me excitetur
& ardor dilectionis tuæ in me
accendatur. Da quoq; ut omnis
creatura mihi vilescat, & tu
solus in corde meo dulcescas.
Amen.

T R E S
GRATIARUM ACTIONES
AD
CHRISTUM IN CRUCE.

B. Mechtildis interrogabat
aliquando Christum, quis fuisset
ma-

maximus dolor ejus? cui Ille
Quod in Cruce ita extendebat
quod omnia mea membra diu-
miserari potuerint, Et si quis mi-
bi pro illo dolore gratias egerit
tale mihi i praestat obsequium, ac
vulnera mea unguentum unxiisset.
Et si quis mihi gratias egerit
pro siti qua sustinui, hoc ita ac-
cepto, ac si sitim mea extinxisset.
Et si quis mihi gratias egerit
quod clavis cruci affixus sim, hoc
mihi ita gratum est, ac si me de
Cruce liberasset Lib: 2. c. 16.

O Agne DEI mansuetissi-
me! qui tam miserabilitas
triū horarū spatiō in Cruce per-
pendisti, ex affectu totius uni-

ver-

versitatis gratias tibi ago pro
intollerabili illo dolore quem
sustinuisti dum in sacra Cruce
tam immisericorditer extensus
fuisti, quod omnia ossa tua di-
numerari potuerint; orans ut
Per illū dolorē mihi dimittas,
quidquid membris meis contra
bonitatē tuā deliqui, Amen..

O Agne DEI innocentissime
per gratitudinē universæ Cre-
turæ, gratias tibi ago pro ama-
ræ siti, quā in Cruce pro salute
Mundi patiebas; dum lacry-
mabili voce claimares, *sitio:* nec
tamen quidquam præter fel &
acetū tibi appropinaretur; ro-
gās per acerbitatē sitis illius, ut
di-

diniittas mihi quidquid immo-
deratō cibō & potu deliqui, A.

O Agne DEI sacratissime!
per mutuam gratitudinē co-
lendæ Trinitatis gratias tibi
ago pro immani illo martyrio
quod subiisti, dum tam iñi se-
ricorditer manibūs & pedibūs
clavīs ferreis Crucis affigereris,
ad eo, quòd cor tuū præ dolere
contremisceret & omnes nervi
tui contraherentur. Per dolo-
rem hunc tam fortem & per a-
marā tuam mortē deprecor: ut
culpas manuum pedumq; me-
orum abluas, eademq; vulnera
tua sanctissimo Patri tuo ad
placandū eum ostendas. Amen.

ORA-

ORATIO

ad Christum in Cruce pendente.

Precor te amantissime Domine JESU Christe, propter illam eximiam Charitatē, quā humanum genus dilexisti, quando tu Cœlestis Rex pendebas in ara Crucis vulnerato Corpore, transfixo corde, cōturbatis sensibūs, tristissimo gestu, sanguineis vulneribūs, defluētibūs guttis, expansis brachiis, confixis pedibūs, extensis mēbris, livido ore, pallida facie, mortali colore, lacrymosis oculis, gemebundo gutture, inclinato capite, aperto latere, atq; tristissimā animā. Per il-

Iam inquam charitatē, quā co-
tuum dulcissimū scindebatur
quando benedicta anima tua
egressa est de benedicto corpō
re tuo, miserere animæ meæ
egressu suo, & perduc eam
vitam æternam Amen.

LAUS CHRISTI

*In Passione sua contemptis quam
ipse B. Mechtildem docuit.*

Laudo, & benedico tuam in-
comprehensibilē omnipotē-
tentiam Iesu Magnificētissimē
in qua, in tua passione pro ho-
mīne totus despectus factus es.
Laudo, & glorifico tuā inscruti-
tabilem sapientiam, in qua prī-
insipiente reputatus es. Laudō
8c

& magnifico amorem tuū inef-
fabilem, in quo pro electis odio
habitus es. Laudo, & exalto mi-
tissimā tuam misericordiam, in
qua pro homine horrendæ mor-
ti adjudicat⁹ es. Laudo & ado-
ro suavissimam dulcedinem
tuam, in qua per amarissimam
mortem amaricatus es. Amen.

BLANDITIÆ CHRISTO

In Passione sua blasphemato.

A Ve vivificans Gemma Di-
vinæ nobilitatis, Ave im-
marcescibilis Flos humanæ di-
gnitatis Jesu Amantissime: pro
omnib⁹ blasphemis & cōtumie-
liis tibi in terris illatis, ex affe-
ctu & amore totius creaturæ

Filuto & benedico te tot mille
nîs vicib⁹, quot guttîs sudoris
in Oratione tua maduisti, quot
vulnera in sacro Corpore tu⁹,
& alapas accepisti. Benedic, &
saluto te dulcissime JEsu, tot
millenîs vicib⁹s, quot suspiria
emisisti, quot lacrymas fudisti,
quot dolores sustinuisti. Bene-
dico, & saluto te tot millenîs
vicib⁹s, quot actus virtutum
elicuisti, quot desideriîs saluté
humianam sitisti, quot mutib⁹s
Matrē & Amicos aspexisti. Be-
nedico, & saluto te tot millenîs
vicib⁹s, quot lapsib⁹ cecidisti,
quot itinerib⁹s defecisti, quot
motib⁹ manus aut pedes movi-
sti.

sti. Benedico, & saluto te mitissime Jesu tot millenis vicibus,
quot guttas sanguinis fudisti,
quot molestos gressus decurristi,
quot gemitibus Patrem exorasti. Benedico, & saluto te serenissime Jesu tot millenis vicibus, quot vulneribus in flagellatione concisus, quot spinis
In coronatione vulneratus, quot fætentibus sputis es maculatus.
Benedico, & saluto te tot millenis vicibus, quot funibus ligatus, quot opprobiis saturatus, quot impiis salutationibus es salutatus. Benedico, & saluto te tot millenis vicibus, quot falsis testimoniis accusatus, quot

foedis mendaciis onerat⁹, quot
iniquis judiciis es condemnata⁹.
Has omnes laudes & salu-
tationes, mille millen⁹ vicib⁹
multiplicatas tibi offero, &
singulis horis offerre desidero.
Benignissime Jesu, toto affectu
cordis & animæ meæ desideras
omnes injurias, contumelias,
& blasphemias, tibi dulcissimo
Redemptori meo tam indebitè
objectas prorsus abolere, & an-
nihilare, orans: ut desiderium
pauperis tui non despicias; sed
juxta ingenitam tibi benigni-
tatem ratum habeas, & gratā-
ter acceptes, Amen.

ORA-

ORATIO

AD VULNUS LATERIS,
Ex BB. Mechtilde & Gertrude.

Ple Pelicane Jesu Domine! qui
nos immundos mundâsti,
tuo sanguine, gratias tibi ago
pro dulcissimo superdignissi-
moq; vulnere anioris, quod in
Cruce suscepisti, dū invictissi-
mus amor , amoris sui sagittā
melliflum lat⁹ tuum aperuit,
dulcissimumq; cor tuum amoris
vulnere sauciavit. Benedicta sit
hæc salutifera plaga, sacratissi-
mumq; vulnus,& bened. Et⁹ sit
adorand⁹ sanguis & aqua salu-
tis, quæ pro ablutione pecca-
torum inde manārunt. Hâc un-

dâ efficacissimâ me immundâ
abue, & hoc facro cruore me
infirmum unge & vivifica, &
fac: ut vel unica divini amoris
guttrula in exitu animæ meæ sit
portio & hæreditas mea. Per tu-
um transvulneratum Cor trās-
fige amantissime Jesu cor meū
jaculô amoris tui, in tantū ut
nihil terreni continere possit,
sed à sola efficacia amoris tui
contineatur. Amen.

ORATIO AD VULNUS HUMERI.

*Sancto Bernardo interroganti
Christum: quinam major ejus do-
lor incognitus fuisset? Respondit
ipse Christus: Habebam grave-
vut.*

vulnus in humero, quò Crucem
gestabā, quod mihi cæteris gra-
vius erat, & hoc quia incognitū,
ab hominibus non memoratur.
Huic ergo honorē exhibe, & quid-
quid virtute ejus petieris præ-
stabo, & omnibus qui hoc vulnus
colunt venialia peccata remittā,
& mortalium non recordabor.

Ita Acta Clarævallensia.

O JEsu Amantissime! Agne
Dei mansuetissime! ego mi-
ser peccator, saluto, & vencror
sacratissimum vulnus, quod in
humero tuo, dum gravem Cru-
cis tuæ trabem portares persen-
sist, ob quod, sicut & ob tria
inde prominentia ossa singula-

Cs

rem,

rem, dolorem, & cruciatum
præ cæteris vulneribus tuis in
benedicto corpore sustinuisti.
Adoro te Jesu afflictissime, &
ex intimo corde laudo, benedi-
co, & glorifico te, gratiasq; ago
pro hoc sacratissimo, gravissi-
moq; vulnera humeri tui, hu-
militer deprecans: ut ob nimí-
um illum dolorem, quem il-
lud tibi inflixit, & propter gra-
ve onus Crucis tuæ, quod te
tam idirè affixit, miserearis
mihi peccatori, peccata mea
venialia, & mortalia remittas,
meq; per viam Crucis tuæ, ad
Cœlum ducas. Amen.

LITANIE

DE

PASSIONE DOMINI.

Kyrie eleyson, Christe
eleyson,
Kyrie eleyson.

Pater de Cœlis Deus.

Fili Redemptor Mundi Deus.

Spiritus Sancte Deus.

Sancta Trinitas unus Deus.

IESU Fili Dei vivi.

Per Sanctissimam vitam, &
conversationem tuam.Per amarissimam passionem,
& morteni tuam.Per tristitiam, quam in horo-
to habuisti.

Per trinam orationem tuam.

Per

Misericordia nostra

Per resignationem humanæ
voluntatis tuæ.

Per sudorem sanguineum
tuum.

Per immitem captivationē
tua m.

Per verbera & vincula tua.

Per dolorissimam alapam tu-
am.

Per spuma, illusiones, & igno-
miniam tuam.

Per falsum judicium, quod
Caiphas super te pronun-
tiavit.

Per illusionem, quam tibi
Herodes interrogavit.

Per ignominiosam demuda-
tionem tuam.

Per

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Per dolorosam flagellationem
tuam.

Per spinosam Coronationem
tuam.

Per purpureum vestimentū
tuum.

Per injustissimā condemna-
tionem tuam.

Per bajulationē Crucis tuae.

Per sanguinolenta vestigia
tua.

Per vulnus humeri tui

Per detractionem vestium
tuarum.

Per distensionem omnium
membrorum tuorum.

Per diram Crucifixionem
tuam.

Per

Miserere nobis.

Miserere nobis.

- Per elevationem Crucis tue,
Per omnes blasphemias, &
irrisiones tuas.
- Per septem verba & sicut
tuam...
- Per compassionem Matris,
& omnium amicorum
tuorum.
- Per dolores cordis & corpo-
ris tui.
- Per lacrymas, & orationes
tuas.
- Per omnes guttas pretiosissi-
mi Sanguinis tui.
- Per patientiam, & humili-
tatem tuam.
- Per amorem dulcissimi Cor-
dis tui.

Per

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Per amorem, quō pro peccatoribus orāsti.

Per amorē, quō omnes cruciatus, & poenas sustinuisti.

Per amorē, quō mortē crudelissimā subire voluisti.

Per amorem, quō sacrum latus aperiri voluisti.

Per amorem, quō in sepulchro deponi voluisti.

Per omne beneplacitū, quod Patri tuo per passionem tuam exhibuisti.

Per intercessionem dulcissimæ Matris, & omnium E-lectorum tuorum.

Per infinitam dignitatē tuā.
JESU Christe. A-

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Agnus DEI, qui tollis peccata
mundi. Miserere &c.

ANTIPHONA.

SAlvator Mundi, salva nos,
qui per Crucem, & Sanguinem
redemisti nos: auxiliare
nobis, te deprecamur DEUS
noster.

*Adoramus te IESU Christe,
& benedicimus tibi.*

*Quia per S. Crucem redemi-
stis Mundum.*

O R A T I O.

Domine JESU Christe Fili
DEI vivi, qui horâ sextâ
pro redemptione Mundi Crucis
patibulum ascendisti, & San-
guinem tuum pretiosum in re-
missi-

missionē peccatorum nostrorū
fudisti; te humiliter depreca-
mur: ut per Virtutē & merita
Sanctissimæ vitæ, Passionis, &
mortis tux, Paradisi januas nos
gaudenter introire concedas.
Qui vivis & regnas &c..

O R A T I O

S. Gregorii Papæ de quinquis vul-
neribus Christi JESU; quam
devotè recitantibus idem Sancto
concessit quingentorum annorum
Indulgentiam.

A Ve manus dextra Christi,
Perforata plagâ tristî:
Nos ad dextram jube sisti;
Quos per Crucem redemisti.
Pater noster, Ave Maria &c.

Ave

Ave manus Christi læva

Sic confixa manu fæva,

Nos ab ævo malo leva,

Quod produxit Mater Eva.

Pater noster, Ave Maria Etc.

Ave vulnus dextræ pedis

Pedem mentis pie lædis

Dum ad eam sæpè redis

Esto nobis spes mercedis.

Pater noster, Ave Maria Etc.

Ave plaga lævæ plantæ, (tæ

Quâ virtutū crescunt plan-

Nos ab hoste supplantante,

Contuere post, & ante.

Pater noster, Ave Maria Etc.

Ave latus perforatum.

Unde fluxit flumen gratū,

Præbe nobis conducatum

Ad

Ad æternæ vitæ statum.

Pater noster, Ave Maria &c.

¶ Vulneratus est propter ini-
quitates nostras,

R^e Attritus est propter scele-
ra nostra.

ORATIO.

O Domine JESU Christe!

qui pro salute humani ge-
neris quinq^u; vulnera pati volu-
isti. Tribue quæso: ut ob revc-
tentiam illorū vulnerum tu-
orū absolvi ab omnibus pecca-
tis meis, & præsentem vitam
bono fine terminare, & à tuæ
dulcissimæ visionis contempla-
tione nunquam separari mere-
ar.

Qui vivis & regnas &c.

Oro

Oro te Domine JESU Christe, ut passio tua sit virtus mea quâ defendar, vulnera tua sim delectatio mea, aspersio Sanguinis tui sit omnium peccatorum meorum ablutio, mors tua sit mihi gloria & vita sempiterna. Amen.

ORATIO.

ROgo te Dulcissime JESU, ut mors amarissima & Passio omnium membrorum tuorum, mortificet in omnibus membris meis omnia mala, quæ impediunt fructum passionis tuz & vitam spiritualem mihi in præsenti concedat, & æternam in futuro, tribuat. Peto etiam

Do-

Domine, ut quotidie os meum
aperire digneris: & aquas gra-
tiæ de latere tuo mihi haurire
concedas , & illum potum mi-
hi propines , ad quem invitâ-
sti fideles sipientes ; cùm dixi-
sti : *Si quis sitit? veniat & bi-
bat, & de ventre ejus fluent a-
qua vivæ.* Respice Pater æter-
næ, de excelso Cœlorum habita-
culo in faciem Christi Filii tui,
super illud holocaustum suā-
vissimi odoris, & accepta hanc
hostiam, quam offert tibi sum-
mus Pontifex noster Jesus Chri-
stus pro peccatis meis, & esto
mihi Domine placabilis in præ-
senti per gratiam, & in futu-
ro per gloriam. Amen. O-

Omnipotens sempiterne Deus,
qui ex nimia charitate uni-
cum Filium tuum pro nobis in-
carnari, nasci, pati, flagellari
crucifigi, & mori voluisti. Prae-
sta nobis quæsumus: ut per ejus
sanctissima vulnera quæ p^{ro}
nobis pertulit, ejus pretiosissi-
mo sanguine purificati à peccar-
tis & negligentiis nostris, tibi
Domino Deo nostro Templu^m
Spiritus Sancti efficiamur,
participes Cœlestis Patriæ. Pe-
tendum Dominū nostrū JESU^m
SUM Christum Filium tuum
qui tecum vivit & regnat in
unitate Spiritus Sancti Deus
per omnia sæcula sæculorum
Amen.

ORA-

ORATIO.

*De vita & passione Christi
multum devota.*

A Ue JESU splendor Pater-
næ gloriae, flos Virginæ
fœcunditatis, Patriarchis pro-
missæ, à Prophetis prædictæ,
à justis desiderate, in salutem
Omnium expectate, Virginis
Mariæ per Gabrielē annuntia-
te, de Spiritu Sancto concepte,
verus DEUS & Homo natus,
pannis involute, in præsepio
reclinebat, pastoribus revelata;
à Magis adorate, legaliter cir-
cumcisus, in templo præsentata-
te, à Joanne baptizata, ab ho-
ste tentata, clarens miraculis,

cum

cum palmis suscep^te à turbis,
coenans cum discipulis, Corpus
& Sanguinem tuum sacratissi-
mum tradens eis, à Juda tradi-
te & vendite, sanguineo su-
dore perfuse, ab hostibus ca-
pte, ab omnibus derelicto,
ris nexibūs adstricte, Annæ &
Caiphæ præsentate, facie ve-
late, colaphis cæse, sputis
foedate, opprobriis saturate,
Pilato præsentate, ab Herode
sprete, & illuse, dirè flagella-
te, purpurâ derise, spinis co-
ronate, bajulans sibi Crucem
tanquam latro, speculum con-
tumeliæ facte, diris clavis cru-
ci affixe, omnibūs membris di-

sten-

stante, inter latrones deputate, desperte & blasphemate, novissimus virorū & quasi leprosus vise. Patrem invocans, pro transgressoribus orans, latroni paradisū promittens, Matris Filiū providens, sitim exclamans, consumatum opus amoris & redemptionis attestans, felle potate, in morte pallide, Spiritum Patri commendans, cum clamore valido expirans, lanceâ perforate, de Cruce deposito, lamentante & sepulte. A morte resurgens, ad Coelum ascendens, & Spiritu S: Paracletum trasmittens. Ego minimum membrum fan-

Dominus guis

guine tuo redemptum, salutem
affectionans, amplector te, & in
amore tuo, qui te ad hæc perfe-
renda cœgit, singula vulnera
tua deosculor, orans: ut col-
les te dulcissimum myrrhæ fa-
sciculum inter ubera anima-
mæ. Amen.

ORATIO.

*Venerabilis Bedæde 7. Ver-
bis multū proficua.*

O Domine JESU Christe
qui septem verba die ulti-
mo vitæ tuæ in Cruce pendens
dixisti, & voluisti: ut semper
illa sanctissima verba in mea
memoria haberemus. Rogo te po-

~~virtutem illorum~~ 7. verbo ut



ut mihi parcas: quidquid pec-
cavi aut commisi in septem
peccatis mortalibus aut ex illis
procedentibus, scilicet: super-
biâ avaritiâ, luxuriâ, invidiâ,
gulâ, irâ, acediâ. Domine si-
cut tu dixisti: Pater ignosce
crucifixoribus, fac: ut amore
tuo parcâ omnibus mihi mala
facientibus. Et sicut tu dixisti
latroni: hodie mecum eris in
paradiso; fac me ita vivere: ut
in hora mortis meâ dicas mihi:
hodie mecum eris in Cœlo.
Et sicut dixisti Matri tue: Mu-
lier ecce Filius tuus, & disci-
pulo: ecce Mater tua, fac: ut
Matri tue me societ amor tuus

& charitas vera. Et sicut tu
dixisti : DEUS meus, DEUS
meus, ut quid dereliquisti me
fac me dicere in omni tempore
tribulationis & angustiae meae.
Pater mi, Domine mi, DEUS
meus , miserere mihi pecca-
tori & adjuva me, quem tuo
sanguine redemisti. Et sicut tu
dixisti: sitio, scilicet: salutem
animatorum, fac: ut ego semper
sitiam & diligam te Fontem
aqua^x viventis, Fontem æterni
luminis. Et sicut tu dixisti:
Pater in manus tuas confiendo
spiritū meū, recipe me venien-
tem ad te. Et sicut tu dixisti:
consumatum est, ut significa-

rcf

res labores quos pro nobis mi-
seris suscipere veneras, jam si-
niri fac: ut audire merear illā
dulcissimam vocem tuam: ve-
ni amica mea, dilecta mea,
quia jam disposui penurias tu-
as consumari. Veni ut mecum
concedas cum Sanctis meis
in regno meo epulari, jucun-
dari, & comorari, per infinita
sæcula sæculorum. Amcn..

I. N.  R. I.

JESUS Nazarenus Rex Ju-
dæorum. Titulus triumpha-
lis defendat nos ab omnibus
malis. Sancte DEUS, † Sancte
Fortis, † Sancte & Immortalis, †.
misericordie nobis

ORA.

O R A T I O.

Ad Christū pro bono fine.

O Domine JESU Christe Fili DEI vivi Crucifixe propter hominē ! rogo te propter Sancta Vulnera tua , ut hodie omnia vulnera animæ meæ sanes , & custodias me omnibus diebus vitæ meæ à mortali peccato, tentatione, infamia, & scandalo, & ab omni animæ corporis periculo. Custodi me pie JESU hodie & quotidie subitanea & improvisa morte. Custodi me misericors JESU in æternum à gehennalib⁹ penitentia, & purgatori⁹ igne intollerabili. JESU clemens, da mihi hoc

hodie & quotidie rectum sensū
& intellectum, cogitandi quæ
tibi placent, & quæ displicant
fugiendi & vitandi, ita: ut nun-
quam excludar à gratia & glo-
ria tua. JESU misericors, JE-
SU pie cuius miserationes su-
per omnia opera tua propter
sancta Vulnera tua & propter
amaram mortem tuam, da mi-
hi morteni bonam & sanctam.
Da mihi mori morte justorum,
da ut nunquā moriar, nisi tibi
perfectè placeam, & cum per-
ceptione Sanctissimi Corporis
& Sanguinis tui, Olei q; uncti-
one sim præparatus, ita: ut ple-
no sensu, fide recta, spe firma,

charitate perfecta lætus ad te
transire merear, & gratiam in
conspictu tuo invenire & glo-
riam sempiternam. Amen.

Benedictio DEI Patris, &
Filii, & Spiritus Sancti, & in-
dividuæ Trinitatis sit super me
& maneat semper.

Benedictio Dominicæ Incar-
nationis, Nativitatis, Circum-
cisionis, Passionis, Resurrectio-
nis, Ascensionis, Spiritus Sancti
Missionis, custodiat me semper.

Benedictio victoriosissimæ
Crucis & intemeratæ Mariæ:
Virginis, cum SS. Angelorum
& omniū SS. custodia, sit me-
cum semper.

O Do-

O Domine qui me creasti,
redemisti, tibi commendando, ani-
mam meā, corpus, & omnia o-
pera nica, custodi me, protege
me, salva me in æternum. A.

GRATIARUM

ACTIONES.

*Pro variis donis & beneficiis à
DEO perceptis, & à multis pe-
riculis animæ & corporis
liberantibus.*

Gratias tibi ago & laudes ti-
bi refero Domine DEUS
meus, qui me ex nihilo ad ima-
ginem & similitudinem tuam
creare, & tuo pretioso sangu-
ine redimere, atq; per sacri ba-
ptismatis ablutionem inter a-

D_s do-

doptionis Filios aggregare, pre-
tiosi^q Corporis & Sanguinis
tui mysteriis reficere dignatus
es. Tibi ergo ago laudes & gra-
tias, qui me à tempore rudiis in-
fantiæ meæ usq; ad hanc horam
per multa defluentē vitia, im-
mensæ tuæ pietatis patientiâ
ad emendationē expectasti. Te
laudo, te glorifico, qui me sa-
piissimè de multis tribulationi-
bus & angustiis, calamitatibus
& miseriis liberâsti, qui me ha-
ctenus de æternis suppliciis &
de corporis & animæ cruciati-
bus exemisti. Te laudo, te glo-
rifico, qui mihi sospitatē mem-
brorum, tranquillitatem tem-
po-

porum, bonorum effectū cum
multis aliis virtutibus miseri-
corditer tribuisti.

Quæso Domine DEUS me-
us ineffabilem tuam suavitatē,
ut inchoata dona tua in me per-
ficias, & quidquid tibi in me
displacet, repellas, à cunctis eti-
am quæ supersunt tribulatio-
nibus & iniquitatib⁹ ac diver-
sis malis, quib⁹ involutus sum
in ecripias. Cogitationes, ver-
ba, & actus meos in tua vo-
luntate disponas, inter adversa
& prospera me gradientē sem-
per & ubiq; custodias, & me
tandem ad tuæ visionis deside-
rata gaudia feliciter perducas.

Qui cum DEO Patre & Spi-
tu Sancto, vivis & regnas DE-
US per omnia saecula saeculo-
rum. Amen.

EXERCITIA MARIANA

Seu

*Precationes ad B. Mariä Virg:
QUINQUE PSALMI,
In honore Nominis B. M. V.*

Canticū B. M. V. Lucæ. I.

Magnificat* anima mea Do-
minus.

Et exultavit Spiritus me-
us* in DEO Salutari meo.

Quia respexit humilitatem
ancillæ suæ* ecce enim ex hoc
bea-

beatam me dicent omnes genera-
tiones.

Quia fecit mihi magna, qui
potens est* & Sanctum nomen
ejus.

Et misericordia ejus à pro-
genie in progenies* timentib⁹
eum.

Fecit potentiam in brachio
suo* dispersit superbos mente
cordis sui.

Deposuit potentes de sede*
& exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis*
& divites dimisit inanes.

Suscepit Isræl puerum su-
um * recordatus misericordiæ
sue.

Si-

Sicut locutus est ad Patres
nostros * Abraham & semini
eius in s^accula.

Gloria Patri &c.

Addominum cum tribula-
rer clamavi * & exaudivit
me.

Domine libera animam me-
am à labiis iniquis * & à lingua
dolosa.

Quid detur tibi, aut quid
apponatur tibi * ad linguam
dolosam ?

Sagittæ potentis acutæ * cū
carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus
meus prolongatus est; habitavi
cum habitantibus Cedar * mul-
tum

tum incola fuit anima mea..

Cum his qui oderunt pacem
eram pacificus* cùm loquebar
illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri &c.

REtribue servo tuo vivifica
me* & custodiam sermo-
nes tuns.

Revela oculos meos* & con-
siderabo mirabilia de lege tua.

Incuba ego sum in terra* non
abscondas à me mandata tua..

Concupivit anima mea de-
siderare justifications tuas* in
omni tempore

Increpasti superbos* male-
dicti qui declinant à mandatis
tuis.

Au-

Aufer à me opprobrium &
contemptum* quia testimonia
tua exquisivi.

Etenim sederunt Principes,
& adversum me loquebantur*
servus autem tuus exercebatur
in justificationibus tuis.

Nam & testimonia tua me-
ditatio mea est* & consilium
meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento anima
mea* vivifica me secundum
verbum tuum.

Vias nies enuntiavi, &
exaudisti me* doce me justi-
ficationes tuas.

Viam justificationum tua-
rum instrue me* & exercebo
in mirabilibus tuis. Dor-

Dormitavit anima mea præ
tatio* confirmā me in verbis
tuis.

Viam iniquitatis amove à
me*& de lege tua misericordia mihi.

Viam veritatis elegi* judi-
cia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis Do-
mine* noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum
cucurri* cùm dilatâsti cor me-
um.

Gloria Patri &c.

In convertendo Dominus ca-
ptivitatē Sion* facti sumus
acut consolati.

Tunc repletum est gaudiō
os nostrum* & lingua nostra
exultatione. Tunc

Tunc dicent inter gentes*
magnificavit Dominus facere
cum eis.

Magnificavit Dominus face-
re nobiscum* facti sumus ex-
tantes.

Converte Domine captivi-
tatem nostram* sicut torrens
in Austro.

Qui seminant in lacrymis*
in exultatione metent.

Eunt ibant & flebant*
mittentes semina sua.

Venientes autem vident
cum exultatione* portantes
manipulos suos.

Gloria Patri &c.

Ad te levavi oculos meos*
qui habitas in Coelis.

Ecce sicut oculi servorū*
in manibus Dominorū suorū.

Sicut oculi ancillæ in mani-
b⁹ Dominæ suæ* ita oculi no-
stri ad Dominū DEUM nostrū
donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine mi-
serere nostri* quia multūm re-
plete sumus despectione.

Quia multūm repleta est ani-
ma nostra* opprobrium abun-
dantibus & despectio superbis.

Gloria Patri &c.

ORATIO.

*Ad Virginem Gloriosam MA-
RIAM.*

A Ve Mundi spes MARIA,
Ave mitis, ave pia,,

Ave

Ave plena gratiâ,
Omnis boni copiâ.

Ave Virgo Mater Christi,
Tu quæ sola meruisti,
Esse Mater sinc^e viro,
Et lactare more miro.

Angelorum Imperatrix,
Peccatorum Consolatrix,
Consolare me lugentem.,
In peccatis jam foetentem.

Consolare peccatorem.,
Et ne tuum des honorem.
Alieno nec crudeli,
Precor te Regina Cœli.

Me habeto excusatum.,
Apud Christum tuū Natum,
Cujus iram expavesco,
Et furorem pertimesco.

Nam

Nam peccavi ipsi soli,
OMARIA Virgo noli
Esse mihi aliena,
Gratiâ Cœlesti plena.
Esto custos cordis mei,
Signa me timore DEI,
Confer vitæ Sanctitatem.,
Et da morum honestatem.,
Da peccata me vitare,
Et quod justum est animare.
O dulcedo Virginis!
Nunquam fuit nec est talis,
Inter natos mulierum.
Omnium Creator rerum.
Te elegit Genetricem.,
Qui Mariam peccatricem.,
Emundavit à reatu,
Ipse me tuo preccatu

A pecc-

A peccatis cunctis tergat,
Ne infernus me demergat.
Eja Rosa sine spina,
Peccatorum medicina;
Pro me Christū interpellat,
Ut me salvet à procella.
Hujus Mundi tam immundi,
Cujus fluctus furibundi,
Omni parte me impingunt,
Et peccati zonâ stringunt.
Christe Fili summi Patris,
Per amorem tuæ Matris,
Cujus venter te portavit,
Et te dulci lacte pavit.
Te per ipsam rogo supplex,
Quia tu es salus duplex,
Salus rerum mundanarum,
Atq; salus animarum.

Te

Te nunc precor licet reus,
Miserere mei DEUS.
Miserere Christe mei,
Miserere Fili DEI.
Miserere miserator,
Quia verè sum peccator,
Tu peccata dele mea,
Et cor mundum in me crea.
Da spem firmam fidem rectam,
Charitatemq; perfectam,
Et concede finem bonum,
Quod est super omne donum.
Ut in corde sic compungar,
Tibi Christe quod conjun-
gar,
Fac me dignè manducare,
Corpus tuum salutare.
Ira tua non me gravet,
Sanguis tuus sic me lavet,

Extra corpus & in corde,

A peccatis & à forde.

Ut dum instat hora mortis,

Angelus tunc adstet fortis

A te datus mihi custos,

Qui me locet inter justos.

Mors si carnem meam frangat,

Mors secunda non me tangat,

Licet caro computrefcat,

Spiritus in te quiescat.

Ut dum surgam te visurus,

Semper tecū sim mansurus,

A te nunquam recessurus

Per infinita sæcula.

Audi nos, nam te Filius

Nihil negans honorat,

Salva nos JESU, pro quibus

Virgo Mater te orat.

Anien.

ORA-

ORATIONES.

DE SEPTEM DOLORIBUS
B. MARIAE VIRGINIS.

PRIMUS DOLOR.

Ave dulcis Mater Christi,
Quæ dolebas corde tristi,
Te docente Simeone,
De diræ mortis mucrone
Sis memor hujus doloris,
Nunc & in omnibus horis:
Fac me piè niemorari,
Pœnam mortis tui Chari.

SECUNDUS DOLOR.

Ave dulcis Mater Christi,
Quæ in Ægyptū fugisti
Flens, ubi netis carebas,
Et labore tabescelas.

E Nunc

Nunc quæso sis exilii

Memor tui ac Filii:

Da te mihi & Filium

Tuum post hoc exilium.

TERTIUS DOLOR.

Ave dulcis Mater Christi,

Quæ dolebas corde tristi,

Natum requirens inclytum,

Tribus diebus perditum.

Pro hac tua mæstitia,

Fac me in ejus gratia,

Inventum per te pleniter,

Perseverare jugiter.

QUARTUS DOLOR.

Ave dulcis Mater Christi,

Quæ dolens & flens vidisti,

Captum, vincitum, dire casum,

Plenum probris dulcem Jesum.

Huj-

Hujus memor, tristitiae

Mater misericordiae,

A doemonis insidiis,

Serva me & opprobriis

QUINTUS DOLOR.

AVe dulcis Mater Christi,

Quæ dolens & flens vidisti

Cruci nexum speciosum.

JEsum, factū ut leprosum.

Per dolorem hunc tam fortem,

Et per Nati tui mortem.,

In hora mortis ultima.,

Adsis mihi charissima.

SEXTUS DOLOR.

AVe dulcis Mater Christi,

Quæ de Crucis suscepisti

Ulnis JEsum jam mortuū,

Piorum plena fletuum..

Ulnis tuæ clementiæ,

Fove me Mater gratiæ,

Cum omnibus fidelibus,

Solamina poscentibus.

SEPTIMUS DOLOR.

AVC, quæ post mortem Christi
Dolendo sæpè vidisti

Cuncta loca martyrii

Ejus, plena suspirii.

Ob poenas quas susceperas,

Illa loca dum videras;

Da post hæc transitoria,

Mihi locum in gloria.

IN honore nunc tantorum

Cæterorumq; dolorum.

Quos pro Nato corde tristi

Virgo unquam pertulisti.

Meam tibi niseriam.

Committo, serva animam,

Semperq; sis doloribus,
Dulcis adjutrix omnibus.

O clemens! o pia! o dulcis Virgo
MARIA!

Mater DEI memento mei nunc
& in hora mortis meæ. A.

ORATIONES.

De Septem Gaudiis

B. MARIAE VIRGINIS.

Gaude Virgo Mater Christi,
Quæ per aurem concepisti,
Gabriele Nuntio. *Ave Ma-
ria* E&c.

Gaude, quia DEO plena, pe-
peristi sine poena, cum pudoris
lilio, *Ave Maria* E&c.

Gaude, quia oblatio, Regum
quoq; devotio exhibetur Filio.
Ave Maria E&c. *Gau-*

Gaude, quia tui Nati, quem
videbas mortem pati, fulget
resurrectio. *Ave Maria* &c.

Gaude Christo ascende, qui in Cœlum te vidente mo-
tu levatus proprio. *Ave Ma-
ria* &c.

Gaude, quia Paracletus de-
missus fuit Cœlitus; in tuo col-
legio. *Ave Maria* &c.

Gaude quæ post Christum
scandis, & est honor tibi gran-
dis in Cœli palatio. *Ave Ma-
ria* &c.

Ibi Fruktus ventris tui, per
te nobis detur frui in perenni
gaudio. Amen.

v. *Ora pro nobis Sancta DEI
Genitrix.*

R. *Ut*

R. Ut digni efficiamur pro-
missionibus Christi.

O R A T I O.

DEUS qui beatissimam Vir-
ginem MARIAM in con-
ceptu & partu dilecti Filii tui,
Virginitate servata, duplaci
gaudiō lāetificāsti, quiq; ejus
gaudia (eodem Filio tuo à mor-
tuis resurgente, & ad Cœlos a-
scendente) multiplicāsti, tribue
quæsumus: ut ad illud ineffabile
gaudium, quō tecum assumpta
gaudet in Cœlis, ejus meritis
& precibūs pervenire merea-
mur. Per eundem Dominū no-
strū JESŪ Christū Filiū tuū qui
tecum vivit & regnat in uni-

tate Spiritus Sancti DEUS per
omnia s^acula s^aculorū. Amen.

O R A T I O N E S
A D E A N D E M V I R G I N E M
M A R I A M
De Gaudiis Cœlestibus.

Gaude flore Virginali, quæ
honore speciali transcen-
dis splendiferum Angelorum
principatum, & Sanctorum
decoratum, Dignitatum nu-
merum.

Gaude Sponsa chara DEI,
nam ut clara lux diei Solis da-
tur lumine; sic tu facis Orbem
verè Tuæ fronti responderet
lucis claritudine.

Gaude splendens Vas virtu-
tum,

tum, cuius pendens est ad nutū tota Cœli curia. Te benignam & felicem, JESU dignam genitricem, veneror in gloria.

Gaude nexu voluntatis, & amplexu charitatis, conjuncta Altissimo, ut ad votum consequaris, quidquid Virgo deprecaris, à JESU dulcissimo.

Gaude Mater miserorum, quia Pater sacerdorum dedit te colentibus congruentem hinc mercedem, & felicem poli sedem Regnis in Cœlestibus.

Gaude Virgo Mater Christi, tu quæ sola meruisti, o Virgo piissima! esse tantæ dignitatis, ut sis Sanctæ Trinitatis sessione proxima... Es Gau-

Gaude Virgo Mater pura, certa
manens & secura, quia tua gau-
dia non cessabunt nec decre-
scunt, sed durabunt & flore-
scunt, per æternæ saecula. Amen.

¶ Exalta es Sancta DEI
Genitrix,

¶ Super Chorus Angelorum
ad Cœlestia Regna.

¶ Domine exaudi orationem
meam.

¶ Et Clamor meus &c.

ORATIO.

DUlcissime JESU Christe
qui Beatissimā Genitricem
tuā Gloriosam Virginem MA-
RIAM perpetuūs & felicibūs
gaudiis in Cœlo lætificâsti, cor-
cede

Cede propitius: ut ejus meritis
& precibūs salutem mentis &
corporis consequamur, & ad
gaudia tuæ beatitudinis æterna
feliciter perveniamus. Qui vi-
vis & regnas cum DEO Patre
&c.

LITANIÆ

De Beata Virgine MARIA.

Kyrye eleyson, Christe
eleyson, Kyrye eleyson.
Pater de Coelis DEUS. Mis-
ererere nobis.

Fili Redemptor Mundi DEUS.

Miserere nobis.

Spiritus Sancte DEUS. Mi-
serere nobis.

Sancta Trinitas unus DEUS.

Misericordie nobis, San-

Sancta MARIA.
Sancta DEI Genitrix.
Sancta Virgo Virginum.
Filia Æterni Patris.
Mater Filii DEI.
Sponsa Spiritus Sancti.
Virgo gloriosissima.
Virgo amabilissima.
Virgo mitissima.
Virgo suavissima.
Virgo dulcissima.
Virgo pientissima.
Virgo gratosissima.
Virgo fidelissima.
Virgo mellitissima.
Virgo concepta sine peccato
originali.

Tricliniū Sanctæ Trinitatis.

Tem-

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Templum DEI vivi.

Sacrarium Spiritus Sancti.

Decor Cœlestis Hierusalem.

Fons gratiarum indeficiens.

Vena vitæ æternæ.

Hortus Cœlestiū deliciarum.

Refugium afflitarū men-
tium.

Per dulcissimū nomen tuum.

Per pietatem Materni cordis
tui.

Per amorem, quō Christum
concepisti, & novem men-
sibūs portāsti.

Per amorem, quō Christum
genuisti, & in præsepio re-
clināsti.

Per amorem, quō Christum
la-

Oratio pro nobis.

Oratio pro nobis.

lactâsti & enutrîsti.

Per amorem, quô dulcia & a-
mara cū Christo sustinuisti. *Ora
pro nobis.*

Per amorē, quô tot lacrymas-
in eius Passione fudisti. *Ora
pro nobis.*

Per amorē, quô in Cruce mo-
rienti astitisti. *Ora
pro nobis.*

Per amorē, quô Christum re-
surgentem vidisti. *Ora
pro nobis.*

Per amorē, quô eū ascenden-
tem conspexisti. *Ora
pro nobis.*

Per amorē, quô Spiritum S:
accepisti. *Ora
pro nobis.*

Per amorē, quô spiritū tuum
tradidisti. *Ora
pro nobis.*

Per amorē, quô ad Cœlos af-
sumpta fuisti. *Ora
pro nobis.*

Per amorē, quô in cœlis su-
feci. *Ora
pro nobis.*

scepta & super omnes exalta-
ta fuisti. Ora pro nobis.
Per amorē qui inter te & Divi-
nitatē intercedit. Ora pro n:.
Per amorē, quō omnibus pecca-
toribus misereris. Ora pro:
Maria intercede pro nobis.
Agnus DEI qui tollis &c.

ANTIPHONA.

Per te accessum habeamus ad
Filiū, o benedicta Inven-
trix gratiæ, Genitrix vitæ, Ma-
ter salutis, ut per te nos susci-
piat, qui per te datus est nobis.
Excusat apud ipsum integriast
tua culpā nostræ corruptionis,
& humilitas DEO grata nostræ
Veniā impetrat vanitati, copio-
fa

fa charitas tua nostrorum cooperiat multitudinē peccatorū,
& fœcunditas gloriaſa fœcunditatē nobis conferat meritorū.
Domina noſtra, mediatrix noſtra. Ora pro nobis, &c. Ut digni efficiamur &c.

O R A T I O.

Domine JESU Christe Fili DEI vivi, qui Beatā MARIAM ſemper Virginem præ omnibus creaturis tibi in Matrem cligere, atq; eandem per incontinentiſſimā pietatem tuam omnigenis gratiarum fluentis irrigare, fœcundare & beatificare dignatus es, immensā clementiam tuam suppliciter ex-

exoramus; ut ob nimium illū
amorē, qui in intimis tuis tam
fortiter erga illam exarsit, pec-
catis nostris parcere, atq; meri-
tis ejusdē superdignissimæ Ma-
tris tuæ nos tibi gratos efficere
digneris. Qui vivis &c.

Salutatiuncula aurea.

ad

B. MARIAM VIRGINEM.

A Ve candidum Lilium, ful-
gidæ semperq; tranquillæ
Trinitatis. Ave Rosa fulgidæ
Cœlicæ amænitatis, de qua na-
sci & de cuius lacte pasci Rex
Cœlorū voluit, adfis mihi mi-
scro peccatori nunc & in hora
mortis meæ. Amen.

Cæ-

Cœlicum Ave MARIA.

Ave ex Omnipotentia Pa-
tris. Ave ex Sapientia Filii.
Ave ex dulcissima Bonitate Spi-
ritus Sancti MARIA illuminans
Cœlum & terram! Gratiâ ple-
na Dominus tecum Unicus DEI
Patris, unigenitusq; Virginei
cordis tui Filius, dulcissimus
Sponsus & amicus tuus. Bene-
dicta tu in mulieribus, quæ re-
pulisti Evæ maledictionem, &
reportasti æternā benedictio-
nem. Et benedictus fructus
ventris tui JESUS Christus Do-
minus & Creator omniū, omnia
benedicens & sanctificans, om-
nia ditans & vivificans. Amen.

Ave

Ave MARIÀ aureum.

A Ve MARIA in illa reverentia, qua DĒus Pater per Ave te salutavit, suaq; Omnipotentia ab Evæ culpa liberavit. Ave MARIÀ in illo amore, quō Filius DEI suā sapientiā te illuminavit; clarissimumq; Sidus illuminans Cœlū & terram effecit. Ave MARIÀ in illa dulcedine Spiritus Sancti, quā te totā penetravit, adeoq; gratiosam effecit; ut omnis qui per te gratiā quærerit, eā inveniat. Admoneo te illius operacionis, quā tota Beatissima Trinitas in te operata est, cùm carnis tuæ substantiā cum natura Divina

vina in una Persona adunaret:
ita ut DEUS fieret homo , &
homo DEUS, ex quo tantam
in illa hora dulcedinem & iacti-
tiā concepisti, qualē nullus ho-
mo valet plenē experiri. I-
deoq; omnis creatura cum ad-
miracione agnoscit & confite-
tur te benedictam' & supere
xaltatā super omnes Cœlicas
atq; terrenas creature, & be-
neditū Fructū ventris tui JE-
SUM qui omnia vivificat &
benedicit in sœcula.. Amen.

JUBILUS MARIANUS.

Ad imaculatę Conceptā Virg:
Quem indulgentiis donavit In-
nocentius VIII. ad instantiam
Reginæ Hispaniarum. Ave

A Ve Virgo gloriaſa, ſtella So-
le clarior, Mater DEI gra-
tioſa, favô mellis dulcior. Tu
es illa ſpecioſa, quâ nulla eſt
pulchrior, Rubicunda plus quâ
roſa, liliô candidior. Omnis vir-
tus te decorat, Seraphinîs puri-
or, Omnis Sanctus te honorat in
Cœlis ſublimior. Amen.

Tres efficaciffimæ petitiones.

AD B. VIRG: MARIAM.

B Eatiffima Virgo MARIA,
rogo te per illam innocen-
tissimam puritatem, quâ Filio
DEI in utero tuo Virginali
placidissimam manſionem præ-
parâſti ut tuis precibüs ab o-
nni macula merear emunda-
ri. Amen. Bea-

Beatissima Virgo MARIA,
rogo te per profundissimam il-
lam humilitatem, quâ super
omnes Choros Angelorum &
Sanctorū meruisti exaltari, ut
tuīs precibūs suppleantur o-
mnes negligentiarum meā. Amen.

Beatissima Virgo MARIA,
deprecor te per amorem illum
inæstimabilem, qui te insepara-
biliter DEO conglutinavit, ut
tuīs precibūs præstetur mihi
copia diversorū meritorū. A-

SUSPIRIA PECCATORIS

AD M A R I A M.

MEmorare opifissima! non es-
se auditum à sæculo quem-
quam ad tua currentem præsi-
dia,

dia, aut tua implorantem suffragia à te derelictum. Ad hoc enim datus est tibi veniæ Fons in Filium, ut omnibus gratiâ cœgentib⁹ eam obtineas, ac multitudinem peccatorum ac defectuum nostrorū operiat charitas tua copiosa. Igitur taliter animatus fiduciâ, ad te confugio, corā te miser & immundus peccator consisto. Ah! ne spernas me propter innumera gravissimaq; peccata mea, nec abijcias me propter nimiā immunditiam & duritiam cordis mei. Tu scis, o MARIA! quā profundè peccatis & vitiis immersus sum, quāmq; justè gravissi-

Beatissima Virgo MARIA,
rogo te per profundissimam il-
lam humilitatem, quâ super
omnes Choros Angelorum &
Sanctorū meruisti exaltari, ut
tuīs precibūs suppleantur o-
mnes negligentiae meæ. Amien.

Beatissima Virgo MARIA,
deprecor te per amorem illum
inæstimabilem, qui te insepara-
biliter DEO conglutinavit, ut
tuīs precibūs præstetur mihi
copia diversorū meritorū. A.
SUSPIRIA PECCATORIS
AD M A R I A M.

MEmorare opiissima! non es-
se auditum à sæculo quem-
quam ad tua currentem præsi-
dia,

dia, aut tu a implorantem suf-
fragia à te derelictum. Ad hoc
enim datus est tibi veniæ Fons
in Filium, ut omnibus gratiâ e-
gentib⁹ eam obtineas, ac mul-
titudinem peccatorum ac de-
fectuum nostrorū operiat cha-
ritas tua copiosa. Igitur ta-
lī animatus fiduciâ, ad te con-
fugio, corā te miser & immun-
dus peccator consisto. Ah! ne
spernas me propter innumera
gravissimaq; peccata mea, nec
ab ijcias me propter nimiā im-
munditiani & duritiam cordis
mei. Tu scis, o MARIA! quā
profundè peccatis & vitiis im-
mersus sum, quāmq; justè gra-
vissi-

vissimā Filii tui iram promeru-
crim. Ne excludas me, o piissi-
ma! à gratia tua, quia post De-
um tu maxima fiducia mea, tu
unica & summa salutis meæ ra-
tio. Tantam enim de te conce-
pi fiduciam, ut mihi in ani-
mum inducere nequeam, me
posse perire, quamdiu te amo,
tibiq; servio. O Sacratissima
Mater DEI & Hominis! gaudiū
omnium Sanctorum, solamen
omnium miserorum, refugium
omnium pauperum, per illam
svavitatem & delectationem
ineffabilem, quam olim persen-
fisti: dum in utero Virginali in-
cōprehensibilis Divinitas car-

ncm

nem ex te sumens, dignata est
se humanæ naturæ counire: ro-
go, digneris causam meam in
te suscipere, meq; eidem Filio
tuo dilectissimo reconciliare.
Monstra o Mater ubera! quib⁹
eū nutriti, ostende ipsi bra-
chia, quib⁹ cum amplexata es,
enuniera illi omnes labores &
dolores, quos pro eo sustinuisti,
& illud tuum mellitissimum
cor totum amoris igne flagrans
illi exhibe, ut eum mihi reddas
Placabilem atq; propitiū. Eja
Advocata m̄ea fidelissima! illos
tuos misericordes oculos ad me
indignissimum famulum tuum
converte, & propter suavitatē

deliciositatis illius ineffabilis,
quâ in transitu de hoc Mundo
ad Coeli Palatum innixa deli-
catè supra Dilectū tuum fruc-
baris, in hora mortis mæxihi
assistere digneris, atq; in eadem
hora terribili, SS. Trinitati pro-
me offerre merita placidissima-
rum dignitatū illarum, quibūs
in die assumptionis tuæ supra
omnem humanam & Angeli-
cam dignitatem præ parata ip-
si summè complacuisti. Amen.

C A N T I C U M.

TE Matrem DEI laudamus:
Te MARIAM Virginem
profitemur.

Te æterni Patris Sponsam:
omnis terra veneratur. Ti-

Tibi omnes Angeli & Archangeli: Tibi omnes Principatus humiliter serviunt.

Tibi omnes Potestates & supernæ Virtutes Cœli Cœlorū: & universæ Dominationes obediunt.

Tibi omnis Throni: Tibi Cherubim & Seraphim exultantes assistunt.

Tibi omnes Angelicæ creaturæ: incessabili voce proclamant.

Sancta; Sancta; San: MARIA,
DEI Genitrix Mater & Virgo.

Pleni sunt Cœli & terra Maje-
statis gloriæ Fructus ventris tui.

Te gloriosus Apostolorum.

Chorus, sui Creatoris Matrem
collaudat.

Te Martyrum cœtus candi-
datus: Christi Genitricem glo-
rificat.

Te gloriosus Confessorum
exercitus: Trinitatis Templum
appellat.

Te amabilis Virginum Cho-
rus: suæ Virginitatis exemplū
prædicat.

Te tota Cœlestis Curia: Cœ-
lorum Reginam honorat.

Te per universum Orbem:
Ecclesia Sancta invocando con-
celebrat.

Matrem Divinæ Majestatis.
Venerandam te veram: Re-
gis

gis Cœlestis Puerperam.

Sanctā quoq; dulcē & piam.

Tu Angelorum Domina.

Tu Paradisi janua.

Tu Scala Regni Cœlestis;

Tu Regis gloriæ Thalamus.

Tu Arca pietatis & gratiæ;

Tu Vena misericordiæ.

Tu Refugium peccatoris.

Tu es Mater Salvatoris.

Tu ad liberandum exulem
hominem: Filiū DEI suscepisti
in uterum.

Per te expugnato hoste an-
tiquo: sunt aperta fidelibus Re-
gna Cœlorum.

Tu cum Filio tuo sedes: ad-
dexteram Patris

Tu ipsū pro nobis roga Virgo Maria: quem ad nos judicandū credimus esse venturū.

Te ergo poscimus, fanulis tuis subveni: qui pretioso sanguine Filii tui redempti sum⁹,

Æterna fac Virgo serena, cū servis tuis in gloria præmiari.

Salvum fac populum tuum Domina: ut simus participes hæreditatis tuæ

Et rege nos: & extolle nos usq; in æternum..

Per singulos dies: opia! te salutamus

Et laudare te cupimus in æternum..

Dignare Dulcis MARIA:
nunc

nunc & semper nos sine delicto
conservare.

Miserere nobis pià : misere-
re nobis MARIA.

Fiat misericordia tua ma-
gna nobiscum: quia in te dulcis
MARIA confidimus.

In te clementissima] Domi-
na speramus: defende nos in æ-
ternum.

Te decet laus, te decet impe-
rium, tibi virtus, gloria, in sa-
cula sacerdorum. Amen.

OFFICIUM PARVUM
ad Dolorosam B.V.MARIAM,

Cum in indulgentiis 400. die-
rum à Clemente Papa concessis.

AD MATUTINUM.

HOrâ matutinâ MARIÆ
nuntiatur,

Quòd JESUS à judæis malis
captivatur,

Domum Annæ petiit: illuc du-
cebatur,

Toto corde tremuit: malè dū
tractatur.

¶ *In omni tribulatione & an-
gustia nostra,*

¶ *Succurre nobis piissima Virgo
Mater MARIA.*

ORATIO.

Interveniat pro nobis quæ-
sumus Domine JESUCHRI-
STE, nunc & semper & in hora
mortis nostræ apud clementiā
tuā piissima Virgo Maria dul-
cis

cis Mater tua, cuius sacratissimā animam, in hora benedictæ Passionis & aniaræ mortis tux gladius doloris pertransivit.

Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas DEUS per omnia sæcula sæculorum. A.

AD PRIMAM.

HOrâ primâ MARIA JESUM suum Natum,

Cum dolore sequitur magno ad Pilatum,
Falsos testes audiens, sputô maculatum.

Intuens, ingemiscit ! palmis alapatum.

Versus & Oratio ut suprà.

AD TERTIAM.

Audit horâ tertîâ crucifigi
Natum.

Vidit tectum purpurâ, spinis
coronatum.

Ad mortis sententiam eundem
damnatum,

Trabe magna graviter cru-
cis oneratum.

Versus & Oratio ut suprà.

AD SEXTAM.

HOrâ sextâ MARIA vidit
conclavari
Corpus Christi tenerum in al-
tum levari,

JESUM siti aridū, felle saturari,
Et proprio sanguine membra
rubricari.

Versus & Oratio ut suprà.

AD

AD NONAM.

HOrâ nonâ MARIA JEsum
exspirantem,,
Uidens: audivit voce magna
exclamantem,,
Joanni Matrem; Patri Flamen
commendantem,,
Cor suum,Simeonis ense per-
forantem..

Versus & Oratio ut suprà.

AD VESPERAS.

VEspertino tempore Mater
dolorosa,,
De Cruce depositū voce que-
rulosa,,
Continens in gremio: dixit o
meorum,
Vitæ sustentaculum, lumen
oculorum! *Ver-*

*Versus & Oratio ut suprà.***AD COMPLETORIUM.**

HOrâ completorii venit ad
sepulchrum,
Unxit aromatib⁹ Corpus JE-
SU pulchrum,
Deformatum pallore , mortis
eius duræ,
Redemptionis nostræ præmi-
um futuræ.

*Versus & Oratio ut suprà.***CONCLUSIO.**

HAs horas canonicas Mater
JESU, piæ
Tuæ laudi refereo cordis sym-
phoniam,
Sicut tu compassa es Nato in
agone,

Sic

Sic congregans sociū fac tuā
coronæ.

Versus & Oratio ut suprà.

COMMENDATIO ad B.M.V.

SPES animæ meæ post DEUM
Virgo MARIA: in illā com-
mendationem, & in illam fidē,
quā te dilectus Filius tuus Do-
minus noster JESUS Christus
præelecto Discipulo suo Joanni
commendavit, commendo tibi
hodie & quotidie corpus meū,
& animam meam, & honorem
meum, & horam exitūs à cor-
pore animæ meæ, & omnes a-
ctus meos, ac precor te: ut ser-
ves me à peccatis, à scandalis,
et omni confusione humana,
ab

ab ira judicii tremendi, ab immundis cogitationibus, ab omni mortali peccato, à subitanea & improvisa morte, ab omnib⁹ periculis animæ & corporis, honoris & rerum mearū, nec unquam me tale permittas facere peccatū: quō tuā amittā gratiā. Da mihi de præteritis emendationem, de præsentibus custodiam, de futuris cautelā, da mihi in hac vita promptum adjutorium. Esto mihi in tremendo judicio Auxiliatrix apud Filium tuum Dominum nostrum JESUM Christum, qui cum DEO Patre & Spíritu Sancto vivit & regnat in sæcula. Amen.

ORA-

ORATIO.

AD BEATISSIMAM V. M.

pro bono ac felici fine impetrando

O Domina dulcissima, visceribūs misericordiæ plena,
succurre mihi misero peccatori,
antequam mors subitanea &
improvisa superveniat, & ne
subitò & imparatus, de hoc
Mundo transeam. Ora pro me
MARIA Virgo benedicta ob
unigeniti Filii tui, Domini no-
stri JESU Christi morte ama-
rissimam, ut peccati detestati-
one, & diaboli, & operum ejus
abrenuntiatione; vera contri-
tione, pura, & humili confessio-
ne, poenitentia, & satisfactione,
digna

digna DEI acceptatione, & proximi dilectione, Filio tuo reconciliatus de hoc Mundo transeam, & fac mecum misericordiam tuam o B. Virgo MARIA Mater DEI, in illa tremenda hora, quando mortua lingua se nequivit movere ad invocandum te, neque oculi mei lucem capere poterunt, auresque meae nulli voci patescent. Memor esto tunc o Maria! precum, quas nunc fundo ad aures tuae pietatis, & subveni mihi in illa ultima hora necessitatis meae, ut liberer a ministris diaboli, & collocer cum Christi fidelibus, Filii tui servis & amicis. Amen.

ORA-

O R A T I O.

AD BEATAM V. MARIAM,

De angustiis ejus, quas habuit quando Christus in Cruce mortuus est.

Memento obsecro dulcissima Mater illius venerandæ stationis, quæ tuo tam beato Filio astitisti in Cruce pendenti, & reduc quæso ad memoriā cogitationes cordis tui & innocentis animæ tuæ angustias, quas tunc habuisti, quando ille Unigenitus tuus immolatus est, in oculis tuis. Et recogita omnia, quæ pro peccatoribus tolerare voluit, quorum unus ego sum, Ad te hodie, o unica spes mi-

miserorū! confugio, plenus si-
duciâ Tibi me ipsum, & o-
mnes necessitates meas, & fide-
les tuos mihi commisso devotè
recommendo. Te hodie Matrē
& Patronam præ omnibus cli-
go, & præopto. Noli ergo piissi-
ma Mater, spernere me miserū
peccatorem propter peccata
mea nimia; & noli me abijcere
à misericordia tua, propter cū
qui amore mei nudus & dilace-
ratus pependit in Cruce ante te.
Sed respicere digneris tuâ dul-
cissimâ gratiâ, sicut te cum Jo-
anne respexit JESUS Filius tu-
us Dominus & Redemptor no-
ster, qui est in saccula benedi-
ctus. Amen.

ALIA

ALIA Similis.

O Bsecro te Dominæ mea S.
MARIA Mater Domini,
pietate plenissima. Mater or-
phanorum, Consolatio desola-
torum, Via errantium, Salus in
te sperantium, Fons misericor-
diæ, salutis & gratiæ, Fons pie-
tatis & lætitiaæ, Fons consola-
tionis & indulgentiæ. Per illā
devotissimam compassionem &
acerbissimum cordis dolorem,
quem habuisti: dum Filium tu-
um crucifixum & morientem
aspexisti; per omnes dolores
Filii tui, & per omnes angusti-
as animæ tuæ, auxiliare mihi in
omnibus actionibus vitæ meæ,

&

& impetrare digneris à Filiō
tuo bonorum spiritualium a-
bundantiam, animam meā cu-
stodiat, corpus regat, peccata
indulgeat, à malis præservet,
conscientiam & cor meum pur-
get, in novissimis faciem suam
mihi misericorditer ostendat,
& in æternam vitā me perdu-
cat. Cum quo vivis & regnas
benedicta in sæcula sæculorum
Amen.

ORATIO.

*Sixti Papæ IV. quam devotè
dicentibus coram Imagine B. M.
Virginis concessit undecem mil-
lia annorū de vera Indulgentia.*

A Ve Sanctissima MARIA;

Ma-

Mater DEI, Regina Cœli, Porta Paradisi, Domina Mundi, tu es singularis Virgo pura, tu concepta sine peccato, concepisti JESUM sine macula, tu perieristi Creatorem & Salvatorem Mundi in quo ego non dubito.

Ora pro me JESUM dilectum Filium tuum, ut liberet me ab omnibus maliis. Amen.

Ave Maria Aureum.

AVe Rosa sine spinis. Te quam Pater in Divinis Majestate sublimavit, & ab omni væ servavit.

OMARIA! Stella maris: Tu à Nato illustraris; Luce clara Deitatis, quâ præfulges cunctis da-

datis. Gratia plenà te perfecit,
Spiritus Sanctus dum te fecit
Vas Divinæ bonitatis & totius
pietatis.

Dominus tecum miro pacto
Verbo in te Caro facto ope
Trini Conditoris, o quā dulce
Vas amoris !

Benedicta tu in mulieribus,
Hoc testatur omnis trib⁹, Cœ-
li dicunt te beatam, super o-
mnes exaltatam.

Et benedictus Fru^ctus ven-
tris tui, quō nos semper dona-
frui, per affectum hīc inter-
num, & post mortem in æter-
num. Amen.

*Qui sequentem Orationem
de-*

devotè quotidiè dixerit, sine pænitentia & Corporis Christi Sacramento non decedet. Sic fertur revelatum fuisse S. Bernardo, cui ab Angelo data est.

A Ve MARIA Ancilla SS.
Trinitatis.

Ave MARIA Præelecta DEI
Patris.

Ave MARIA Sponsa Spiritus S.
Ave MARIA Mater Domini
nostrī JESU Christi.

Ave MARIA Soror Angelorū.

Ave MARIA Promissio Prophetarum.

Ave MARIA Regina Patriarcharum.

Ave MARIA Magistra Evangelistarum. Ave

Ave MARIA Doctrix Apostolorum.

Ave MARIA Confortatrix Martyrum.

Ave MARIA Fons & plenitudo Confessorum.

Ave MARIA Decus & Corona Virginum.

Ave MARIA salus & Consolatrix vivorum & mortuorum.

Mecum sis in omnibus, necessitatibus, angustiis & infirmitatibus meis, & maximè in hora mortis meæ non desis mihi, & impetra mihi omnium peccatorum meorum veniā & Cœlestis Patriæ gloriam. Amen.

ORA-

ORATIO.

Ex motivo septem Gaudiorum

B. MARIÆ Virginis.

Gaude DEI Genitrix: Virgo Immaculata. Gaude: quæ gaudium ab Angelo suscepisti, Gaude: quæ genuisti æternæ Lucis Claritatem. Gaude Mater: Gaude DEI Genitrix: Gaude Virgo MARIA. Tu Sola innupta Mater, Te laudat omnis creatura..

Gaude: Genitrix Lucis, sis pro nobis pia & perpetua Interventrix.

*Sequens Antiphona à Paulo V.
Pont: Maximo approbata est,
qui eandem unà cū Oratione de*

G Ima-

*Immaculata Virginis Conceptione
recitantibus, 100. dierum in-
dulgentias concessit.*

ANTIPHONA

*Hæc est Virga: in qua nec nodus
originalis, nec cortex actualis
culpx fuit.*

*v In Conceptione tua Virgo
Immaculata fuisti.*

*R. Ora pro nobis Patrem, cu-
jus Filium peperisti.*

ORATIO.

*D*EUS, qui per Immaculatā
Virginis Conceptionem,
dignum Filio tuo habitaculū
præparâsti, quæsumus: ut sicut
ex morte ejusdē Filii Tui præ-
visa, eam ab omni labore præser-

vâ-

vâsti, ita nos quoq; mundos e-
jus intercessione ad Te perve-
nire concedas. Per eundem Do-
minum nostrū JESUM Chri-
stum. Amen.

P R E C A T I O.
ADB. VIRG: MARIAM.

O! Excellentissima, glorio-
sissima atq; Sanctissim
semper Virgo MARIA, Mater
Domini nostri JESU Christi,
Regina Mundi & totius Crea-
turæ, quæ nullum derelinquis,
nullum despicias, nullum, qui
ad te puro & contrito & humi-
li corde recurrit desolatum di-
mittis. Noli me despicere pro-
pter innumerabilia & gravissi-

ma peccata mea. Noli me de-
relinquere propter nimias ini-
quitates meas, nec etiam pro-
pter duritiam & immunditiam
cordis mei. Ne abijcias me fa-
mulum tuum à gratia & amore
tuo. Exaudi me miscrum pec-
catorem N.N. in tua miseri-
cordia & in pietate confidentē,
succurre mihi piissima Virgo
MARIA in omnibus tribulati-
onibus, angustiis, & necessita-
tibus, & cunctis operibus meis,
& da mihi dulcissima & piis-
sima Virgo Maria virtutē con-
tra omnes tentationes hujus
Mundi, carnis, & diaboli, & im-
petra mihi à dilectissimo Filio
tuo

tuo, Redemptore & Domino nostro JESU Christo indulgentiam & remissionem omnium peccatorum, emendationem vitæ, spatiū veræ pænitentiæ, augmentum virtutum, & gratiam timoris & amoris sui, castitatem quoq; & sanitatem animæ & corporis, memoriam Divinæ legis & voluntatis, liberationē ab omnibus malis: & in extremis esto mihi pia auxiliatrix, & animā meam ac animas Parentū meorum, fratrum, sororum, & aliorum amicorum, benefactorū, & mihi recommendatorū, omniumq; fidelium vivorum, & de-

functorum, ab æterna caligine
& ab omni malo libera , illo
auxiliante; quem in tuo SS. ute-
ro novem mensib^{us} portâsti, &
in præsepio tuis manib^{us} re-
clinâsti, Domino nostro JESU
Christo qui est benedictus in
sæcula sæculorum. Amen.

ORATIONES.

Ad SS. PATRONOS.

Al. S. Michælēm Archangelū.
HIc est Michæl Archange-
lus, Princeps Militiæ An-
gelorum, cuius honor præstat
beneficia populorum, & Oratio
perducit ad Regna Cœlorum.
Archangelus Michæl Præposi-
tus Paradisi, quem honorificant

An-

Angelorum Cives. Princeps
gloriosissime Michæl Archangelo,
esto memor nostri hic &
ubiq; semper precare pro No-
bis Filium DEI Alleluia.

v In Conspectu Angelorum
Psallam tibi DEUS meus.

R Adorabo ad Templum San-
ctum tuum, Et confitebor Nomi-
ni Tuo.

ORATIO.

DEUS qui miro ordine, An-
gelorum ministeria homi-
numq; dispensas, concede pro-
pitius: ut à quibus tibi mini-
strantibus in Cœlo semper affi-
titur, ab his in terra vita no-
stra muniatur. Per Dominum
nostrū JESUM Christum &c.

Ad S^{an}ctum Angelum Custodem.

O! Custos Angele à primo vi-
tæ momento mihi fidelif-
sime, salutis meæ studiofissime,
a gnosco benevolentiam tuam
in officio, liberalitatem in be-
neficio, humilitatē in obsequio.
Dirige vitæ meæ cursum, ut à
salutis, virtutis, & perfectionis
tramite, nec emollitus carnis
illecebris, nec inescatus Mundi
pompis, nec captus diaboli insi-
diis deflectā, sed ad metā usque
unde incipit æternitas decurrā.

*¶ S. Angele Custos defende
me in hoc prælio,*

*R^e Ut non peream in tremen-
do judicio.*

An-

Angele DEI, qui custos es
mei, me tibi commissum pietate
superna illumina, custodi, re-
ge, & guberna hodie & quoti-
die. Amen.

Ad S JOSEPH *Sponsum*

B. MARIAE VIRGINIS.

v Ora pro nobis Beatiſſi: Joseph.

R. Ut digni efficiamur promissi-
onib⁹ Christi.

S Sanctissim⁹ Genitricis tuae
Sponsi quæſumus Domine
meritis adjuvemur, ut quod
possibilitas nostra non obtinet,
eius nobis intercessione done-
tur. Qui vivis & regnas cum
DEO Patre in unitate Spiritus
Sancti DEUS &c.

Ad S. PAULUM Apostolum.
ANTIPHONA.

O! Gloriosum lumē onini um
 Ecclesiarum Sole splendidi-
 us. O! Apostolicum sydus San.
 Paule, qui splendorem Cœlicū
 tenebris Mundi infudisti, qui
 Cœlorum secreta petisti, illuc
 supplices tuos post hujus carnis
 terminum perducere dignare.

*v In omnem terram exivit
 sonus eorum.*

*R Et infines Orbis terre ver-
 ba eorum.*

DEUS qui universum Mun-
 dum B. Pauli Apostoli præ-
 dicatione docuisti, da nobis
 quæsumus: ut cujus memoriā
 colimus, per ejus ad te exempla

gradiamur, & patrocinia ejus
apud te sentiamus.

Ad S. BARTHOLOMÆUM
Apostolum.

¶ Annuntia verunt opera DEI.

R^e Et facta ejus intellexerunt.

DEUS qui B. Apostolo tuo
Bartholoniæ gratiam tri-
buisti, ut pellem carnis depone-
ret, ne stolam gloriæ Cœlestis
perderet, quæsumus: ut ejus
patrociniô, deseramus noxia, &
bona consequamur æterna..

Ad S. JUDAM THADDÆ-
UM *Apostolum.*

¶ Constitues eos principes super
omnem terram,

R^e Memores erunt nominis
tui Domine. Glo-

Gloriose Christi cognate A-
postole & Martyr S. Juda,
qui vastissimis in Regionibus
fidem efferatis gentibus disse-
minasti, virtutib⁹ ac miracul⁹
clarus, innumerabiles Filios
JESU Christo peperisti, per il-
lum qui te sibi Apostolum ad-
scivit, precor: ut me miserum à
consuetudine peccatorum me-
orum abstrahas, à cogitationi-
bus immundis me tu⁹ meritis
emundes, & in rebus despera-
tis tu⁹ mihi adsis patrocini⁹,
ac tandem ad invibilem tu⁹
precib⁹ gloriam evexas.

Ad S. LAURENTIUM
Martyrem.

Glo-

Gloria & honore coronâsti eum
Domine, Et constituisti eum
super omnia opera manuum
tuarum.

¶ *Dispersit dedit pauperibus.*

¶ *Justitia ejus manet in sæ-
culum faculi.*

DA nobis quæsumus Omnipotens DEUS vitiorum nostrorum flamas extinguerre, qui Beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare.

Ad S. ANTONIUM.

ECclesiam tuam DEUS B. Antonii Confessoris tui commemoratio votiva lætificet, ut spiritualib⁹ semper mu-

niatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis.

Ad S. J. NEPOMUCENUM.

Praesta quæsumus Omnipotens DEUS, ut B. Nepomucenus Martyr, tuum pro nobis imploret auxilium; ut à nostris reatibus absoluti à cunctis etiam periculis eruamur.

Ad S. ERASMUM Ep: Et M.

Nostrum duxit Dominus per vias rectas.

Re Et ostendit illi regnum DEI.

DEUS cuius gratiâ B. Erasmus Martyr & Pontifex diversa vicit tormenta, fac nos suppliciter quæsumus ejo interveni-

Venientibūs meritīs , diversas
inimicorum nostrorum visibi-
lium & invisibiliū insidias su-
perare, & in vita bonīs ope-
ribūs abundare.

RESPONSORIUM

&

LITANIE,

*De S. NICOLAO Episcopo
Myrrensi & Confessore.*



Pax vobis: nolite timere, pro
salute enim vestra misit me
Dominus ante vos, sum Nico-
laus ego vobiscum qui modò
dego, ut me verum experia-
mini.

Si

Si quæris miracula : coeci vi-
dent, claudi ambulant, resu-
dant Manna ossa Nicolai, pe-
reunt pericula, cessat & tem-
pestas dicant Navigantes.

Datur Patri decus, admirantur
omnes gentes, trinæ Virgi-
nes consolantur, narrent Cives
Patarae,

Pignus datur Bariensibus, cun-
ctis manna populis.

Omnes exteri ad te veniunt,
munera deferentes, o felix Ba-
rium!

Naufragantibus, ad Te clamantibus
citò fertur auxilium, &
placantur fluctus maris te
precante Dominum.

Parturientib⁹, te invocantib⁹,
statim datur illis Manna , &
cessant partūs pericula, unā
simul & ægrotantium, pari-
terq; omnes sanantur te ro-
gante Dominū. Sint & omnes
tribulati, & infirmi liberati,
Gloriose Nicolàé ab omni malo,
Gloria Patri, & Filio, &
Spirituī Sancto.

Gloriose Nicolàé ab omni malo
Amen.

O! Pavor Arianorū, extirpator
Hæresis, Tribunorum libera-
tor, triumq; puerorum exci-
tator.

Nicolàé tu qui potens es , &
vales , pro nobis mortalibus
indulge gratias. in-

Ani^cus DEI Nicolaus Pontifi-
cali decoratus in fulâ, omnib⁹
scamabilem exhibuit.

¶ Ora pro nobis Beate Pater
Nicolae.

R^e Ut digni efficiamur promis-
sionibus Christi.

O R A T I O.

DEUS qui Beatissimum Ni-
colaum gloriosum Confes-
sorem tuum atq; Pontificē in-
numeris decrāsti & quotidiè
non cessas decorare miraculis,
tribue nobis quæsum⁹: ut ejus
meritis & precibus, à gehen-
næ incendiis & à periculis o-
mnibus liberemur. Per Chri-
stum Dominum nostrum.

HY-

HYMNUS.

Ad D. NICOLAUM.

O Beate Nicolæ
Nos ad portum maris trahe
De mortis angustia.
Trahe nos ad portum maris,
Tu qui tot auxiliaris
Pictatis gratiâ.
Dum clamarent, nè in cassum
Ecce Sanctus, dicens adsum:
Ad vœstra præsidia.
Statim aura datur grata
Et tempestas fit sedata,
Quicverunt maria.
Ex ipsius tumba manat
Quæ languores onines sanat,
Unctionis copia.
Nos qui sumus in hoc Mundo

Cala-

Calamitatum profundo,

Jam passi naufragia,

Gloriose Nicolàe

Ad salutis portum trahe,

Ubi pax & gloria.

Tuam nobis unctionem.

Da, quæ sanat læsionem.

Oninen te precantium.

Tuum festum celebrantes

Gaudcent per sæcula;

Et coronet eos Christus

Post mortis pericula. Amen.

ANTIPHONA.

O Christi pietas omnis, ac
omni prosequenda laude,
qui sui famuli Nicolai merita
longè latèq; declarat, nam ex
ejus tomba l'oleū maniat, cun-
ctosq; languidos sanat. A-

Amicus DEI Nicolaus Pon-
tificali decoratus Insulâ omni-
bus se amabilem exhibuit.

¶ *Ora pro nobis* &c.

¶ *Ut digni* &c.

ORATIO.

DEus qui Beatissimū, ut suprà.

ANTIPHONA.

CAnonem fidei , mansuetu-
dinis Imaginem, continen-
tiæ Magistrum , te tuo gregi
monstravit rerum Veritas. Tu
adept⁹ es humilitatē sublimia,
paupertate opulenta. Pater
Nicolàe fungere legatione a-
pud Christum DEUM, ut ani-
mæ nostræ salutem consequan-
tur æternam..

LITA-

L I T A N I Ä.

KYrie cleyson, Christe
cleyson,

Kyrie cleyson.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Cœlis DEUS. Mi-
serere nobis.

Fili Redemptor Mundi DEUS.
Miserere nobis.

Spiritus Sancte DEUS. Mi-
serere nobis.

Sancta Trinitas unus DEUS.
Miserere nobis.

Sancta MARIA. Ora pro nobis.

Sancte NICOLAE. Ora pro n:

Sancte NICOLAE miraculorū

Operator Ora pro nobis.

, San-

Sancte Nicolæ pauperum Au-
xiliator. Ora pro nobis.

Virginum Defensor.
navigantium Prote-
ctor.

mortuorum Excitator.
Templorū DEI Restau-
rator.

Mærentiū Consolator.
Pontifex divinitū c-
leste.

Bone ovium Pastor.
Dæmonū Expugnator.
Christianæ fidei Pro-
pagator.

Vitiorum Extirpator.
Idolorum Destructor.
Hæresum Profligator.

S N.

Sancte NICOLAE.

- agrotantium Salus.
 captivorum Adjutor.
 arcanorum Cognitor.
 eleemosynarum Lar-
 gitor.
 paupertatis Amator.
 abstinentiæ Cultor.
 virginitatis Servator.
 noster Patrone & Pro-
 tector.
 virtutum omnium
 fector.
 Ad te confugientium
 exauditor.
 Animarum Purgatori
 liberator.
 Mannâ sudans.
 Bariensem Patrone.

S. N.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

S. N. Serve DEI. Ora pro nob:

Agnus DEI &c.

Agnus DEI &c.

Agnus DEI &c.

¶ Ora pro nobis Beate Pater
Nicolæ.

R^e Ut digni efficiamur &c.

¶ Domine exaudi orationem
meam.

R^e Et clamor meus &c.

O R A T I O.

PRAESTA quæsumus Omnipo-
tens DEUS, ut qui Beati
Nicolai Confessoris Tui atq;
Pontificis suffragia postulamus
in terris, de ipsius societate
gaudeamus in Cœlo.

Largire nobis quæsumus O-
mnipotens Domine DEUS No-
ster, ut quidquid per intercessi-
onem S. Pontificis tui Nicolai
à Majestate tua deposcimus,
ejus intervenientibūs meritīs
consequi mereamur. Per Chri-
stum Dominū nostrū. Amen.

Ad S. DISMAM.

¶ *Ora pro nobis B. Disma.*

Re *Ut digni efficiamur &c.*

Sancte Disma qui ex infinita
JESU Christi Domini nostri
tecum Crucifixi misericordia
ab eodem audire moriens me-
ruisti: *bodie mecum eris in Para-*
diso. Impetra mihi quoq; à mi-
sericordissimo JESU, ut sicut

te

te per gratiam suam efficacem
ad veram pœnitentiam & gau-
dia paradisi perduxit, ita me ad
dignos pœnitentiæ fructus, ve-
ram contritionem, & perfectū
sui amorē impellat, & ad gau-
dia Paradisi perducat.

Ad B. JOANNEM *Cantium*.

B Eate JOANNES CANTI,

Doctor DEI, preces meas
benignè suscipe, mcq; viam
iniquitatis fac deserere, & vi-
am sanctitatis apprehendere.
Doce & adjuva me, ut cùm di-
es extremus mihi advenerit, tu
me protectionis tuæ munimi-
ne conserva, & ab ira justi Ju-
dicis clementer libera, Coele-
stisq;

Itisq; vitæ gloriām impetra.

℣ Ora pro nobis ℒc.

℟ Ut digni efficiamur ℒc.

O Mnipotens sempiterne DE-
US, qui B. Joannem Ca-
tium Confessorem tuum ac no-
strum apud Te Patronum eli-
gere dignatus es; præsta quæsu-
mus: ut quidquid mali pecca-
torum nostrorum turpitudine,
dictō, factō & cogitatione pro-
meruimus, aut leviter vel
ignoranter commisimus; ejus
pia intercessione, etiam à tri-
titia mentis & corporis libe-
rari mereamur. Per Christum
Dominum nostrum. Amen.

Ad

Ad S. ANNAM.

Matrem Genitricis DEI.

Ave MARIA gratiâ plena
Dominas tecum, tua gra-
tia sit nunc cum, Benedicta tu, in
mulieribus, & benedicta sit S.
ANNA Mater tua, ex qua sine
macula & peccato processisti
Virgo MARIA, ex te autem
natus est JESUS Filius DEI
vivi.

Rg Cœlestè beneficium intro-
ivit in Annam.

Rg Per quam data est nobis glo-
riosa Virgo MRIA.

QUotquot maris guttae, & a-
renæ terræ, grana & grami-
nacampi, arborū fructus & folia,

stella Cœli & Angelici spiritu,
toties cum Filio tuo ave ca-
stissima Mater DEI fœcundissi-
maq; Virgo MARIA , gratiâ
plena, Dominus tecum, Benedi-
cta tu in mulieribus & benedi-
ctus Fruktus ventris tui JESUS
Christus Filius DEI vivi splen-
dor Paternæ claritatis. Et be-
nediti sint honestissimi Paren-
tes tui Joachim & ANNA, ex
quib; sine macula caro tua no-
bilissima processit virginica.
Ora pro nobis misericordia pecca-
toribus nostris. Ad portas
nostræ. Amen.

JESUS, MARIA, JO-
SEPH, Joachim, & Anna,
Orate pro nobis. Ad

Ad S. MAGDALENAM.*Patronam Pœnitentium.**H Y M N U S.*

GAude pia Magdalena..

Spes salutis, vitæ vena..

Lapsorum fiducia..

Gaude dulcis Advocata,,

Pœnitendi forma data,,

Miseris propitia..

Gaude felix DEO grata,,

Cûi dimissa sunt peccata,,

Speciali gratiâ.

Gaude lotrix pedum Christi,

A quo tanta meruisti,

Amoris insignia..

Gaude quòd es digna frui

Visu Redemptoris tui,

Surgentis in gloria..

Gaude quæ septenîs horîs,
Es ab antro ve^{ct}a foris,
Ad Cœli fastigia.

Gaude quæ nunc sublimaris,
Et cum Christo gloriaris,
In Cœlesti curia.

Fac nos ita poenitere,
Ut post mortem lucis veræ,
Sortiamur gaudia.

¶ Dimissa sunt ei peccata multa.

R^e Quoniam dilexit multum.

Domine JESU Christe qui B.
Magdalenæ poenitentiā ita
tibi placitā gratamq; fecisti, ut
non solū ei peccata dimitteres,
verūm etiam cor ejus tanta a-
moris dulcedine impleres, ut

pe-

pedes tuos lacrymîs suîs irrigaret. Da nobis quæsumus, ita dignè deflere mala, quæ comisi-
mus, ut & sanctam indulgenti-
am consequi valeamus, & in o-
mnibus petitionibus propitia-
tionis tuæ clementiam sentia-
mus. Qui vivis & regnas cum
DEO Patre. &c.

Ad S. BARBARAM. V. E' M.

X Specie tua & pulchritu-
dine tua.

R Intende prospere, procede
& regna.

I Ntercessio nos quæsumus Do-
mine B. Barbaræ Virginis
& Martyris semper adjuveſut
non subitò moriamur, sed an-

te diem mortis nostræ Sanctissimi Corporis & Sanguinis, sacramentiq; Olei unctionis sacramentis salubriter muniamur, & ab omni malo protegamus & ad Cœlestia regna perducamus.

ORATIO

Ad SS. PATRONOS.

Vos o SS. Patroni mei de vestra jam salute securi, de mea cuncte solliciti, & quos Patronos elegi, in morte patrocinantes experiar, vieturus deinceps vobiscum patrocinii vestri memor æternum.

DEUS tuorū gloria Sanctorum, præsta quæso: ut intercessione SS. Patronorum

meo-

meorum liberer à cunctis ma-
lis animæ & Corporis & ad vi-
tam perveniam sempiternam.

Tua me Domine quæso gra-
tia semper præveniat & se-
quatur, & intercedentibüs San-
ctis tuis bonis operibus jugiter
præstet esse intentum, & à ma-
lis omnibus custoditum in Cœ-
lesti Patria faciat esse beatum..
Per Dominum nostrum JESUM
Christum Filium tuū, qui te-
cum vivit &c.

PETITIONES.

S. BERNARDI profaci mor-
te ex nonnullis Psalmis ex-
cerptæ.

Illūmina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus prævalui adversus eum.

Psalm. 12.

In manus tuas Domine commendo spiritum meū, redemisti me Domine Deus veritatis.

Psalm. 30.

Dixi linguâ meâ, enuntia Domine finē meu^m. *Psalm. 38.*

Ostende mihi Domine numerum dierum meorum, ut sciam quid mihi defit. *Psal. 38.*

Fac mecum signum ad bonū ut sciant hi qui oderunt me quia tu adjuvisti me & consolatus es me. *Psalm. 85.*

Di-

Dirupisti vincula mea, tibi
sacrificabo hostiam laudis, &
non inen Domini invocabo.

Psalm. 115.

Periit fuga à me, & non est qui
requirat animā meam. *Ps: 141.*

Clamavi ad te Domine dixi:
tu es spes mea & pars mea in
terra viventium. *Ps: 136.*

ORATIO.

O Mnipotens sempiterne DE-
US qui flebiliter oranti Re-
gi Ezechiæ de tribu Juda pro-
rogationem vitæ impertire
dignatus es, concede mihi eti-
am indigno servo tuo ante di-
em mortis meæ tantū tempo-
ris, ut omnia peccata mea vera

con-

contritione deflere, remissionē
illorum assequi, & gratiā tuā
dignus effici merear.

Omnipotens & misericors
DEUS, deprecor te per inno-
centissimam mortem Filii tui,
largiri nūhi dixeris salutarē
& felicem mortis horam in e-
gressu de corpore animæ meæ.

Per merita Sanctorū septem
S. Symphorosæ Filiorū, S. Bar-
baræ, Agathæ, Agnetis & o-
mnium SS. Martyrum San-
ctissima Trinitas unus DEUS,
à quo, per quem, & in quo
omnia, concede quæsum⁹ feli-
cem horam moriendi. Per JE-
SUM Christum Dominuni no-
strum.. Amen. COM-

COMMENDATIO

Sui ipsius Deo & SS. Cælitibus.

DEUS propitius esto mihi
maximo peccatori, & cu-
stodi me omnibūs diebūs & no-
tib⁹ vitæ meæ. DEUS Abrā-
ham, DEus Isaac, DEus Jacob,
miserere mei, & mitte in ad-
jutorium mihi S. Michælēm
Archangelum, qui me defen-
dat ac protegat ab omnibus
inimicis meis.

S. Michæl Archangele de-
fende me in prælio, ne peream
in tremendo judicio.

O Sancte Michæl Cœlestis
Militiae princeps per Unigeni-
tum Filiū DEI JESUM Chri-
stum

Stum te deprecor, ut liberes me
hodie ab omni damno & peri-
culo mortis.

S. Gabriel, S. Raphaël, mi
Angele Custos, omnesq; Sancti
Angeli DEI succurrite mihi.

Omnès Virtutes Cœlorum
præserve me à subitanæ
morte; & præstare mihi auxi-
lium, robur, & virtutem, ne ul-
lus inimicus mihi nocere, læde-
re me, vel condemnare valeat,
nec domi, nec foris, nec in igne,
nec in aqua, nec vigilantem,
nec dormientem, me vulnerare
aut opprimere queat. Ecce †
Domini fugite partes adversæ,
vicit Leo de tribu Juda, Radix.

Da

David Alleluia Salvator Mun-
di salva nos, qui per Crucē &
sanguinem tuū redemisti nos,
auxiliare nobis te deprecamur
DEUS noster.

Crux Christi salva nos. †

Crux Christi protege nos. †

Crux Christi defende nos. †

Crux Christi libera nos. †

Crux Christi benedic nos. †

In Nomine Patris, & Filii, &
Spiritus Sancti. Amen.

Laus, honor Christo vendito,
sine causa proditō, passo mor-
tem pro populo in aspero pati-
bulo, & mihi propitio.



ADDI.

ADDITAMENTUM.

De signis ; quibus cognoscuntur Dœmoniaci & Maleficiati.

Dœmoniaci omnia Spiritualia
odio habent, à facie Sacerdotū &
principiè Exorcistarum fugiunt, Ec-
clesiam ingredi nolunt, & si ingredi-
untur: ex ea statim fugere procurant.
Coronas & spiritualium librorum le-
ctionē abhorrent, à rebus benedictis &
Sanctorum Imaginibus, & principiè
Crucifixi oculos avertunt, easq; deo-
sculari renuunt, quinimo quod crebro
accidit conspuunt, Sacra verba' qua-
lia suunt, Laudetur SS. Sacramen-
tum: JESUS, MARIA JOSEPH:
Et Verbum Caro factum est: Misericordia
mei DEUS: Qui habitat in ad-
jutorio Altissimi: Magnificat ani-
ma mea Dominum: Exurgat DE-
US & dissipentur inimici ejus.
DEUS in nomine tuo salvum me
fac

fac: In principio erat Verbum.
DEUS propitius esto mihi pecca-
tori. Et alia quæ ad humilitatem &
pænitentiam spectant proferre detre-
stant. Et si ea inviti pronuntiant tunc
balbutire student, vel verba corrump-
unt, quandoq. oscitant, tedium gra-
ve demonstrant, ut palam sit, se ad æ-
mone obsessos esse.

Cum super dæmoniacos sacra Evange-
lia, Passio JESU Christi, exorcismi &
similia leguntur, conturbantur, in-
tollerabilib⁹ anxietatib⁹ & inflati-
onib⁹ totius corporis vexantur: actus
sensuum variatos acsi in deliquio po-
siti exhibent, in terram se præcipites
de iaciunt, sudore guttatum profluen-
te madent, dentib⁹ horribiliter stri-
dent, & alia bis similia faciunt.

Cum dæmoniaci idiotæ & literarum
ignari interpretantur difficultia, aliena
manifestant secreta, scitè chordas
pulsat, vel musicaliter canunt, dum ali-
qua-

qua futura prædicūt, linguis loquuntur variis, vel alia bis simili faciunt absq; dubio signū est diabolicæ in illis præsentia.

Maleficiati multas & varias illasq; gravissimas contrahunt in se infirmitates, cibos assiduo alios & alios appetunt, ipsos se retinere non possunt, sentiunt onus grave super stomachum, tum quoq; morsus ventris intollerabiles, ebullitiones humorum ad guttur, saltus seu trepidationes corporis in modum pisium aut ranarum. Sæpe, fiunt sincopæ, dolores in capite & aliis partibus corporis: alii extenuantur corpore ad maciē, aliis membra videntur flagellata, ulcerata, lacerata, pustulis plena, nonnullis viscera torquentur, venter inflatur, alii adeo infirmi fiunt, ut nec loqui nec cum hominibus conversari valeant, quod si à salubribus pharmacis præsidium poscunt, il-

la fibi nibil s^epenumero' prodesse ex-
periuntur.

R E M E D I A

Contra Maleficia & Dæmones.

Quod non omnes maleficiati s^e dæ-
moniaci à maleficiis, s^e dæmo-
nio liberantur? fit passim supernæ
DEI dispositione. Liberatio enim
hæc in Manu Domini consistit, s^e à
sanctissima illius, voluntate depen-
det; passim etiam propter maligni-
tatem maleficii, passim demum
quia renovantur incantationes, s^e
non applicantur salutaria remedia.
Dum enim maleficiati in fide refri-
gescentes ex eo, quod illos Deus non
liberat, ac nova non facit miracula;
ad præcantatores s^e sortilegos recur-
runt, vel vanitatis remedia appli-
cant, miscentes Christi signum cum
diabolo in vana observatione, viam
ad se miserationi Divinæ præclu-
dunt, à DEO qui non patitur conser-

tium Diaboli, domum? Corsoris sui
dæmone possessū faciunt? derelinqui.

I. Universale remedium: est vera
cordis contritio, peccatorum sincera
confessio, & frequens ad sacrū Corpo-
ris & Sanguinis Domini nostri JE-
SU Christi convivium accessio.

II. Jejuniū & Oratio, voluntaria
paupertas, misericordia, humilitas,
ardens amor proximi, piaq; ad Chri-
stū Dominū, B. Mariā Virginē, san-
ctū Patronū & Angelū Custodē Oratio.

III. Sacrorum Locorum visitatio,
Reliquiarū sanctarū portatio, vel a-
licujus rei benedictæ ut patè Scapula-
ris &c. impositio manuum Sacerdotis.

IV. Permutatio si fieri potest do-
mūs, lecti, vestimentorū in quibus ple-
rūm q; solent maleficia latere, Item di-
ligētissimè inquirēda sunt ostia, limi-
na, postes, & omnes anguli Domūs vel
loci ubi infirmq; senserit se magis gra-
vari, inter cætera cribrentur pluma
lectulorum, stragula.

V.

V. Debent fieri continuae benedictiones, aspersio cibi & potū aqua benedicta, cōtemptus diaboli verbis irrisoris, sputis, pedū conculatione & aliis.


VI. Exorcizatio & conjuratio Dæmonis, quæ in Ecclesia per approbatos exorcismos quoties Dæmon superbierit & hominē à se obfessum vexaverit, fiat. Necessaria item est Exorcistarū mutatio, à diversis enim Exorcistis & in diversis Ecclesiis Dæmones debent conjurari; quia DEUS gratiā suā dat potius uni, quam non dat alteri, uti in vita S. Antonii Abbatis de ejus Discipulo Paulino legitur.


Maleficia possunt curari medicamentis, sed si curari intenduntur, prius medicamenta benedicantur. Pueri usum rationis non habentes, aqua benedicta lavandi sunt, prout fusiū debitis & aliis docet Thesaurus Exorcismorū. Animalia dum ægrotant, si hoc fit per incantationē? sape aspergan.

gantur aquâ benedictâ, mixta saltu exorcizato. Stabula & præsepio permutentur, fiant fumigationes ex herbis benedictis. In liminibus posteriorum ponatur benedictus sal cum ramis palmarum, similiter & in medio cujuslibet stabuli, & in angulis ejusdem in modum Crucis, vel etiam rami Palmarum benedictarum suspendantur.



Z BIELSKIEJ
SENI LAKIUM
SAMBOMIERSKIEGO





✓
Turke 2. giv vñels


Confirmationis
My Rebys mu
~~magister~~

